tur:& ablatiuo tamen plerũq; iungunt̃:ut Gemina ſup
arbore ſidũt:& ferre iuuat ſubter denſa teſtudine caſus
Quanq̃ multi ſũt qui non putãt ambiguas eſſe p̃poſitio
nes niſi duas in & ſub. Ceteꝝ ſup & ſubter cũ locũ ſigni
ficant figurate abltõ iũgunt̃:extra quam formã ſup pre
poſitio cũ de ſignificat:hoc eſt mentioné de aliquo fieri
ablatiui caſus eſt tantũ:ut Multa ſup Priamo rogitans
ſup Hectore multa:hoc eſt de priamo & de hectore. Se-
pate p̃poſitiones acuũtur coniũcte uero caſibus aut lo
quelis uim ſuam ſepe cõmutant & graues fiũt. Prepoſi
tiones aut uerba ipſa cũ cõponũtur corrũpunt: ut cõfi
cio:aut ipſe cor rũpunt̃ ut affero. aut & corrũpũt & cor
rũpunt̃:ut ſuſcipio. Antiq prepoſitiões etiam genitiuo
caſui iũgebant:ut crurũ tenus. Item poſt & ãte & circũ
utriq; caſui iũctas inuenimus. Sed ſcire nos conuenit p̃
poſitiones uim ſuam tunc retinere:cũ preponũtur: ſup
poſitas uero & ſignificationem ſuam & uim nominis &

UVA. BHSC. IyR_099_1

legem propriam non habere & aduerbia faciũt ſi quãdo illas non ſubſequitur caſus. Separatę ꝑpoſitiões ſepara/tis prępoſitionibus nõ cohęrent. Sũt qui putaut accide/re prępoſitioni & figuram & ordinẽ: Figurã quia ſunt p̃poſitiones ſimplices: ut abs: compoſite ut abſq;. Ordinẽ quia ſunt ꝑpoſitiones prępoſitiuę: ut ſine. Sũt ſubiũcti/ue: ut tenus. Sed hęc nos & ſimilia in his adnumerabim⁹ quę inęqualia nominantur.

## DE INTERIECTIONE.

Nteriectio eſt pars orõnis interiecta aliis ꝑtib⁹ orationis ad exprimendos animi affectus: aut metuentes: ut enim: at: at. Aut optantis ut o. aut dolentis. ut heu aut admirãtis: ut pape. aut lętantis: ut ieuax. Sed hęc gręci aduerbiis applicant: quod ideo latini nõ faciũt: quia huiuſcemodi uoces non ſtatim ſubſequitur uerbum. Licet aũt ꝓ interiectiõe etiam alias ꝑtes orationis ſingulas pluresſ ue ſupponere: ut ne fas pro nefas. Accentus in in/teriectionibus certi eſſe non poſſunt: ut fere in aliis uo/cibus: quas inconditas inuenimus.

## DONATVS DE BARBARISMO

b Arbariſmus eſt una pars orõnis uitioſa in cõ/muni ſermone. In poemate uero Metaplaſm⁹ Itẽ barbariſm⁹ in nr̃a loquela: in ꝑegrina Bar/baralexis dr̃: ut ſi quis dicat Maſtruca. cateia Magalia. Acinacis. Barbariſmus aũt fit duobus modis ſcripto: & ꝓnũciatione. His bipartitis quattuor ſpecies ſupponũt. Additio: detractio: imutatio: tranſmutatio: litterę: ſyllabę: temporis: toni: haſpirationis. Per additi/onem litterę ſinut barbariſmi: ut Relliquias danaum cũ reliquias per unum. l. dicere debeamus. Syllabę: ut nos abiiſſe rati: ꝓ abiſſe: Temporis: ut Italiam fato: cũ Italiã correpta prima ſyllaba dicere debeamus. Per detractiõ;

UVA. BHSC. IyR_099_1

litterę:ut Infantibu paruis:ꝓ inſantibus.Syllabę: ut ſal-
mentū pro ſalſamentū.Temporis:ut unius obnoxā cor-
repte ꝓ unius producte.Per imutationem litterę:ut olli
pro illi.Syllabę:ut ꝑnuces ꝓ ꝑnices.Temporis: ut fer-
uere leucaten:cū feruere ſit ſecūdę coniugatōis:& ꝓdu
cte dici debeat.Per tranſmutationē litterę: ut Euādre ꝓ
euāder.Syllabę:ut diſplicina ꝓ diſciplina.Temporis ut
ſiquis deos ꝓducta priori ſyllaba & correpta poſteriori
ꝓnūciet.Toni quoq; ſimiliter per has quattuor ſpecies
cōmutanť.Nam & ipſi adiiciunť:die trahanť:mutantnr
& tranſmutanť.Quoꝝ exempla ultro ſe offerunt ſiquis
inquirat.Totidem etiam modis per haſpirationeꝫ deprę
henditur barbariſmus:quem quidam ſcripto:quidam ꝓ
nūciatione iudicant aſcribendū.propter.H.ſcilicet quā
alii litteram.alii haſpirationis notam deputant.Fiūt aūt
barbariſmi per hyatus & colliſiones.Sūt etiam malę cō
poſitiones Cacoſyntheton:quę uitia nonnulli barbariſ-
mū eſſe putant.In quibus ſunt Methaciſmi.Labdaciſmi
Iotaciſmi:Hyatus.Colliſiones & omnia quę plus ęquo
minuſ ue ſonantia ab eruditis auribus reſpuūť.Nos ca-
uenda hęc omnia uitia prelocuti controuerſiam de no-
mine pertinacibus relinquamus:

Oloeciſmus eſt uitium in contextu partiū ora-
tionis contra regulam artis grammaticę factum
Inter Soloeciſmum & Barbariſmum hoc intereſt
quod ſoloeciſmus diſcrepantes aut in conſequentes īter
ſe dictiones habet.Barbariſmus autem in ſingulis uerbis
fit uel ſcriptis uel ꝓnūciātis.Quanq̄ multi errant q pu-
tant etiam in una parte orationis fieri ſoloeciſmū.ſi aut
demonſtrantes uirum hanc aut fœminam hunc dicamꝰ
Aut interrogāti quo ꝑgamus.reſpōdeamus Romę. aut
unū ſalutantes ſaluete dicamus. cum utiqne pręcedens
demōſtratio uel interrogatio.uel ſalutatio uim cōtextę
oratōis obtineat.Multi etiam dubitauerunt. Quadriga

UVA. BHSC. IyR_099_1

ſcopā. Soloeciſmus an barbariſmus eſſet cūm ſcilicet id genus dictionis barbariſmum eſſet: uel ex ipſius uitii finitionis poſſit agnoſci facile. Soloeciſmus fit duob⁹ modis. aut per partem orationis. aut per accidentia partiū orationis. Per partes orationis fiūt cum una pars ꝓ alia ponitur: ut Toruūque repente clamat pro torue: nomē pro aduerbio ponitur. Fit etiam in eadem parte orationis hoc uitium cum ipſa pro ſe: non in ſuo loco: neq; ut conuenit ponitur: ut Cui tantum de te licuit: pro in te. Et eo apud amicum: pro ad amicum. & intro ſum pro intus. & foris eo pro foras. Per accidentia partium orationis fiunt tot modis ſoloeciſmi quot ſunt accidentia partium orationis. Sed in his propter compendiuʒ exempli cauſa pauca mōſtrabimus. Nam per qualitates nominū fiunt ſoloeciſmi: ut Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus: pro dardanius: ꝓprium ꝓ appellatiuo poſuit. Per genera: ut ualidi ſilices: ꝓ ualidę. & amarę cortices pro amari. & collus collaria caret. Per nūeros: ut pars in fruſta ſecant: pro ſecat. Per comparatiōʒ ut reſpondit Iuno ſaturnia ſancta dearum: ꝓ ſanctiſſima Per caſus. Vrbem quam ſtatuo ueſtra eſt: pro urbs. Per modos uerboꝝ: ut Itis paratis arma q̄primū uiri pro ite parate arma: īdicatiuū pro imperatiuo poſuit. Per ſignificationes uerboꝝ: ut Expoliantur eos & corpora nuda relinquūt: pro expoliant. Per tempora: ut Cecidit que ſuperbum ilium & omnis humo fumat neptunia troia ꝓ fumauit. Per perſonas: ut Danai qui parent atridis q̄primū arma ſumite: pro qui paretis. Per aduerbia: ut intus eo pro intro. & Italia uenio pro de italia. & ad Romam uado pro romam: cum prępoſitio ſeparatim nominibus addenda ſit non aduerbio. per prępoſitiones cum una ꝓ alia ponitur: ut Sub lucem ibant pro ante luceʒ. Aut neceſſario ſubtrahitur: ut Syluis te tyrrhene feras agitare putaſti ꝓ in ſyluis. Per cōiūctiones: ut ſubiectiſq; urerę

UVA. BHSC. IyR_099_1

flāmis pro ue. Fit per ordinē ꝯiūctionū: ut aūt fieri non debet: cū dicēdū: fieri autē non debet. Fiūt pręterea Soloecismi plurib⁹ modis: quos reprehendendo potius q̄ imitando poſſumus annotare. Soloeciſm⁹ eſt in proſa: In poemate ſchema dr̄. Seqt̄ de decē uitiis.

Vm barbariſmo & ſoloeciſmo decem uitia nominātur hoc modo. Acyrologia. Cacenphatō. Pleonaſmos. Periſologia. Macrologia. Tautologia. Eclipſis. Tapinoſis. Cacoſyntheton. Amphibologia. Acyrologia ē ipropria dictionis poſitio: ut Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem pro timere.

Cacēphaton eſt obſcena pronūtiatio: uel in compoſita dictione: uel in uno uerbo: ut numerū cum nauibus ęquat Et arrige aurēs pamphile.

Pleonaſmos eſt adiectio ſuperuacua ad plenā ſignificationem: ut ſic ore locuta eſt.

Periſologia eſt adiectio uerbo ſuperuacua ſine ulla ui rerum ut ibaut qua poterant qua non poterant nō ibant.

Macrologia eſt lōga ſententia: res nō neceſſarias cōprehendens ut legati non impetrata pace retro unde uenerunt reuerſi ſunt.

Tautologia eſt eiuſdem dictionis repetitio uitioſa: ut ego met ipſe uenio.

Eclipſis eſt defectus qdā neceſſarię dictiōis quā deſiderat pręciſa ſententia: ut hęc ſecum: deeſt loquebat̄.

Tapinoſis ē humilitas magnę rei: nō id agēte ſnīa: quod demōſtrat: ut penituſque cauernas īgētes: uteꝝ que armato milite cōplēt. i. mnltę legiones armatoꝝ militū impleRunt multas cauernas. Et dulychias uexaſſe rates. Et pelidę ſtomachum cedere neſcii.

Cacoſyntheton ē uitioſa dictionū cōpoſitio: ut Verſaq; iuuencum terga fatigamus haſta.

Amphibologia ē ambiguitas dictiōis: quę fit p actūm: ut ſi qs dicat audio ſecutorē retiariū occidiſſe. Aut p uerbū:

u

UVA. BHSC. IyR_099_1

ut criminat Cato. Vadat Tulli⁹:nec addat quem uel a quo. Aut p participiū:ut Video ſtatuā aureā haſtā tenē/tem. Fit etiā p omonyma:ut ſi qs dicat aciem nec addat oculoꝝ:aut exercit⁹:aut fieri. Fit preterea plurib⁹ mo/dis:quos recēſere oēs ue nimis longū eſſet nō oporter.

Etaplaſmus ē transformatio quędā recti ſolitique ſermonis in alterā ſpeciē metri ornatus neceſſitatiſ ue cauſa:Huius ſunt ſpecies quattuordecim.

Proſtheſis. Epētheſis. Paragoge. Aphęreſis. Syncopa. Apocopa. Ectaſis. Syſtole. Dięreſis. Synęreſis. Synaloepha: Ecthlipſis. Antitheſis. Metatheſis.

Proſtheſis ē appoſitio quędā ad principiū dictiōis litterę: uel ſyllabę:ut gnatę pro natę rettulit pro tulit.

Epentheſis ē poſitio quędā ad mediaꝫ dictionē litterę: uel ſyllabę:ut relliquias pro reliquas:Induperator ꝑ impator. Hanc aūt alii epētheſim:alii parentheſim uocant.

Paragoge ē appoſitio quędam ad finē dictionis lr̄ę uel ſyllabę:ut magis pro mage:& poteſtur ꝑ poteſt. Hāc alii Paralepſim:alii Prolepſim.i.pręſūptionē uocant.

Aphęreſis eſt ablatio de principio dictionis lr̄ę uel ſyllabę contraria proſtheſi:ut mitte pro dimitte & temno pro contemno.

Syncopa eſt ablatio de media dictione lr̄ę uel ſyllabę contraria epētheſi:ut audacter pro audaciter: & commouit ꝑ commouerat.

Apocopa eſt ablatio de fine dictionis lr̄ę uel ſyllabę cōtraria peragoge:ut achilli pro achillis: & poſſis ꝑ poſitis: & potes pro poteſtis:& mutu pro muto.

Ectaſis eſt extenſio ſyllabę contra naturam uerbi:ut Italiā fato profugus: cum italiam prima ſyllaba correpta dicere debeamus.

Syſtole eſt correptio ſyllabę cōtra naturam uerbi facta cōtraria ectaſi:ut aquoſus orion:pro orion producte.

Dięreſis eſt diuiſio unius ſyllabę in duas:ut olli reſpondit



UVA. BHSC. IyR_099_1

rex albai longai pro albę longę: & aulai in medio liba/
bant pocula bacchi pro aulę:& diues pictati ueſtis a au
ri pro pictę.

Synęreſis ē ꝯglutinatio duaꝝ ſyllabaꝝ in unā cōtraria dyę
reſi:ut phęton pro phateton:ęripedem ꝑ aeripedem.

Synaloepha eſt ꝑ interemptionē concurrentiū inter ſe uo/
caliū lubrica quędā leniſque collíſio: ut atque ea diuer
ſa penitus dū parte gerunt. Hęc a quibuſdam Sinęreſis
uel collíſio nuncupatur.

Ecthlipſis eſt cōſonantium cum uocalibꝰ aſper concurrē/
tibus difficilis ac dura collíſio:ut Littora:multum ille
& terris iactatus & alto.

Antitheſis ē lrę pro lra poſitio: ut olli ſubridens pro illi.

Methateſis eſt tranſformatio lraꝝ in alio loco:nulla tamen
lra ex ea dictione ſublata:ut euandre ꝑ euander:& Tym
bre pro tymber.

Schemata lexeos & dianoeas ſūt quedaꝫ figure uerboꝝ &
ſententiaꝝ Sed ſchemata dianoeas ad oratores pertinēt
Ad grāmaticos uero lexeos. Quę cū multa ſint ex omnī
bus:fere neceſſaria ſūt ſexdecī ſcilicet. Prolepſis. Zeug/
ma. Hypozeuxis. Syllepſis. Anadiploſis. Anaphora. Epa
nalepſis. Epitheton. Paronomaſia. Scheſis onomatō. Pa
romoeon. Omoeoteleuton Polyptoton. Hirmos. Poly
ſyntheton. Dialyton.

Prolepſis eſt pręſumptio reꝝ ordine ſecutaruꝫ:ut interea
reges ingenti mole latinus procedūt caſtris. turnus dei
de ęneas.

Zeugma eſt unius uerbi concluſio diuerſis clauſulis apte
cōiuncta: ut Troiugena interpres diuū:ꝗ numina phoe/
bi. qui tripodas clarii lauros:qui ſidera ſentis.

Hypozeuxis eſt figura ſuperiori cōtraria:ubi diuerſa uer/
ba ſingulis clauſulis reddunt ut regē adiit:regi memo
rat nomenque genuſque.

Syllepſis ē diuerſaꝝ clauſulaꝝ ꝑ unuꝫ uerbū cōglutinata



UVA. BHSC. IyR_099_1

Cōceptio: ut Hic illiꝰ arma: hic currꝰ fuit. Hoc ſchema late patet. Et fieri ſolet nō ſolū p ptes orōnis: ſed p acci dētia partiū orōis. Itē ſyllepſis ē in diſſimilibꝰ clauſulis qn̄ dictio ſingularis uerbo plurali adiūgit: ut ſūt nobis mitia poma: caſtaneę molles & preſſi copia lactis.

Anadiploſis eſt geminatio dictiōis: quę ex ultimo loco pre cedētis uerſus: & pricio ſequentis iterat: ut ſequit pul/ cherrimus aſtur: Aſtur equo fidens.

Anaphora eſt relatio eiuſdē uerbi p principiū plurimorū uerſuum: ut Nate meę uires: mea magna potentia ſolus: Nate patris ſummi: qui tela typhoea temnis.

Epanalepſis eſt uerbi in pricipio poſiti uerſus i eiuſdem fi ne repetitio: ut Multa ſuper Priamo rogitans ſup Hecto re multa. Ante etiam ſceptrum dictęi regis & ante.

Epizeuxis eſt eiuſdem uerbi i eodem uerſu ſine aliqua dila tiōe gemiatio: ut meme adſuꝫ q feci i me ꝯuertite ferrū:

Paronomaſia eſt ueluti quędam denominatio uel quotiēs aliud nomē efficit de alio ut nam inceptio eſt amentiuꝫ haud amantium.

Scheſiſonomatio eſt multitudo nominū coniunctoꝝ eodē habitu copulandi: ut marſa manus: peligna cohors: feſti na uirum uis.

Paromœon eſt qn̄ ab eiſdem litteris diuerſa nomina ſumū tur: ut Tite tute tanti tibi tanta tyranne tuliſti.

Omoeoteleutō eſt cū ſimili modo dictiōes plurimę finiūt ut eos reduci: quā relinqui: deuehi: quam deferri malui.

Omœoptotō eſt. cū in ꝯſimiles caſus exeūt diuerſa uerba ut mœrentes flentes: lachrymantes: comittantes.

Polyptoton eſt multitudo caſuuꝫ uarietate diſtincta: ut lit tora littoribus cōtraria fluctibꝰ undas Imprecor arma armis pugnet ipſique nepotes.

Hirmos ē ſeries orōis ꝯtinuę tenorem ſuuꝫ uſqꝫ al ultimū ſeruans: ut Principio cęlū ac terras: cāpoſque liquētes.

Polyſyntheton eſt dictio multis nexa coniunctionibus: ut

UVA. BHSC. IyR_099_1

Athamaſque:thoaſque pelideſque neoptolemus:primuſ que machaõ.

Dialyton ſiue Aſyntheton eſt figura cõtraria ſuperiori carens coniunctionibus:ut Ite: ferte citi flãmas:date tela: impellite remos.

Ropus eſt dictio tranſlata a propria ſignificat iõe ad ĩpropriaꝫ ſimilitudinẽ ornatus neceſſitatiſue cã Sunt aut .xii. Metaphora Catachreſis.Metalepſis Metonymia.Antonomaſia.Epithetõ.Synecdoche.Onomatopoeia.Periphraſis.Hyperbatõ:Hiperbole.Allegoria.

Metaphora eſt reꝝ uerborũqꝫ tranſlatio.Hęc fit quattuor modis.Ab animali ad aíale.Ab inanimali ad inanimale Ab inanimali ad animale.Ab aíali ad inanimale.Ab animali ad animale:ut Thiphim aurigã celeres fecere carinę.Nam auriga & gubernator nauis animam habẽt.Ab inanimali ad inanimale:ut Pelagus tenuere rates.Nam rates animam non habent: neqꝫ pelagus. Ab inanimali ad animale:ut athlantis cinctum aſſidue cui nubibus artis piniferꝫ caput & uento pulſatur & imbri.Nam mons aíam nõ habet:cui mẽbra hominis attribuunť.Ab aíali ad inaíale: ut ſi tantũ pectore robur cõcipis.Nã robur aíam non habet cũ Turnus cui hęc dicunť aíam habet. Scire debemꝰ alias metaphoras eſſe reciprocas: Alias autẽ eſſe partis uniꝰ.Reciprocas:ut altũ mare:& ꝓfundũ cęlum.Poſſumꝰ.n.cõuertere altũ cęlũ: profundum mare.Herbę florent:Iuuenes pubẽt.Poſſumus enim cõuertere.Herbę pubẽt:Iuuenes florẽt.Alias partis uniꝰ: ut ſegetes fluctuant uites germinant.

Catachreſis eſt uſurpatio nominis alieni:ut Patricidam dicimus qui occidit fratrem.Et piſcinam quę piſces non habet.Hęc enim ubi extrinſecus ſumerent ſuum uocabulum non haberẽt.

Metalepſis eſt dictio pergens gradatiꝫ ad id quod oſtendit ut ſpeluncis abdidit atris hoc metuens.Et poſt aliquot



UVA. BHSC. IyR_099_1

mea regna uidens mirabor ariſtas.
Metonymia eſt dictio quędam ueluti tranſnominatio. Huius autem multę ſunt ſpecies: aut per id quod cōtinet id quod continetur oſtēdit: ut Nunc pateras libate ioui: aut contra Crateres magnos ſtatuunt & uina coronant. aut ꝓ inuētore qđ inuētū ē: ut ſine cerere & baccho friget uenus: aut ꝯtra: ut Vinūq́ꝫ precamur. Nā hic deꝰ adeſt preſens. Hęc exempli cauſa poſita addiſcentibꝰ ſunt. Reliq̄ demonſtrabit lectio.
Antonomaſia ē ſignificatio uice nominis poſita: quę fitᵉ tribus modis: Ab animo: a Corpore. Extriſecus. Ab animo ut magnanimꝰ anchiſiades. A corpore: ue ipſe arduꝰ polyphemus. Extrinſecus: ut infœlix puer atq́ꝫ īpar ꝯgreſſus achilli.
Epitheton ē ſuppoſitio dictionis cū proprio nomine. Nam antonomaſia uiceꝫ nominis ſubſtinet: Epitheton nūq̄ ē ſine ꝓprio noīe: ut dira celęno & diua camilla. Fit etiam tribꝰ modis: ab animo: a corpore. extrinſecus. His duobus tropis uel uitupamꝰ: uel oſtendimus: uel laudamꝰ.
Synecdoche ē ſignificatio pleni ītellectꝰ capax: cū plus minuſ ueꝓnunciat. aut eniꝫ a pte totū oſtendit: ut pupeſq́ꝫ tuę pubeſq́ꝫ tuoꝝ. aut ꝯtra partem a toto: ut ipſius ante oculos īgens a uertice pōtus In puppi ferit. Et alibi: fūtēq́ꝫ ignēq́ꝫ ferebāt. Meminiſſe aūt debemꝰ q̄n fit a parte totū faciendum eſſe ab inſigniori parte.
Onomatopoeia eſt nomē de ſono factū: ut Clamorq́ꝫ uiꝝ: clangorq́ꝫ tubaꝝ: tinnitus ęris: Atq́ꝫ leuem ſtipulam crepitantibꝰ urere flammis.
Periphraſis ē circūlocutio quędaꝫ quę fit aut ornandę rei cauſa: quę pulchra ē. Aut uituperandę: quę turpis eſt: ut iam pria nouo ſpargebat lumīe terras Tithoni croceum linquēs aurora cubile. Et hoc faciūt: nimio ne luxu optuſior uſu Sit genitali auro & ſulcos oblimet iertes.
Hypbatō eſt tranſcēſio quędam uerboꝝ ordinē ꝑturbans:

UVA. BHSC. IyR_099_1

Cuius ſpecies ſũt quinq;. Hyſterologia ſiue hyſterõ pro/
teron. Anaſtrophe. Parenteſis. Syntheſis. Themeſis.
Hyſterologia ſiue hyſteron ꝓterõ ẽ ſententię cum uerbis
ordo mutatus: ut Et cererem torrere parant flammis: &
frangere ſaxo.
Anaſtrophe eſt uerboꝝ tantũ ordo prępoſterus: ut italiã
contra pro contra italiam. Parentheſis ẽ interpoſita for/
matio diuerſę ſententię: ut ęneas (neq;. n. patrius conſi/
ſtere mentem Paſſus amor) rapidu; ad naues pręmittit
achatem.
Themeſis eſt unius cõpoſiti uel ſimplicis ſectio: una dictiõe
uel pluribus interiectis: ut ſepté ſubiecta trioni. Et ſaxo
cere cõminuit brũ. Et maſſili portant iuuenes ad litto/
ra tanas: pro cerebrum & maſſilitanas.
Syntheſis ẽ hyperbaton obſcuꝝ: & ex omni parte cõfuſu;
ut Tris notus abreptas in ſaxa latentia torquet: ſaxa uo/
cant Itali: mediiſq; in fluctibus aras. Eſt aute; hic ordo:
Tris naues abreptas notus torquet in ſaxa: quę ſa in me
diis fluctibus latentia: Itali uocant aras.
Hyperbole eſt dictio fidem excedens augendi minuendiue
cauſa augendi ut niue candidior. Minuendi: ut tardior
teſtudine.
Allegoria eſt torpus quo aliud ſignificaẽ aliud dicitur: ut
Et iam tẽpus equu; fumantia ſoluere colla: hoc eſt car/
men finire. Huiuſmodi ſpecies multe ſũt: ex qbus ſepté
eminent. Hironia. Antiphraſis. aenigma. Charientiſmos.
Paronomia. Sarcaſmos: Aſtiſmos.
Hironia eſt tropus q per cõtrariũ conaẽ oſtẽdere qđ dicit
ut Egregiam uero laudem: & ſpolia ampla refertis tuq;
puerq; tuus. Hęc ubi grauitas ꝓnunciantis adiuuerit:
cõfiteri uidebiẽ: quod negare intendit.
Antiphraſis eſt uni⁹ uerbi hironia: ut bellũ: quod minime
bellum eſt. Et lucum quod minime lucet.
Aenigma ẽ obſcura ſententia per obſcuram ſimilitudine;



UVA. BHSC. IyR_099_1

rerum ut mater me genuit: eadem mox gignitur ex me. ſignificat enim aquam in niue͡ʒ conuerti: & ex eadē rur ſus effluere.

Charientiſmos eſt quo dura dictu gratius proferuntur: ut interrogantibus nobis. Num quis nos queſierit: reſponſum detur bona fortuna: ex inde intelligitur neminem nos queſiſſe.

Paronomia eſt accommodatum rebus temporibuſq; prouerbiū: ut aduerſus ſtimulū calces. & lupus ē in fabula.

Sarcaſmos eſt plena odio: atq; hoſtilis deriſio: ut en agros & quā bello troiane petiſti heſperiam metire iacens.

Aſteiſmos eſt tropus multiplex numeroſeq; uirtutis. Nam aſteiſmos eſt quicquid ruſtica ſimplicitate caret: & faceta ſatis urbanitate exponitur: ut qui bauium non odit: amet tua carmina meui: atq; ide͡ʒ iungat uulpes: & mulgeat hircos.

Homoeoſis eſt minus notę rei per ſimilitudinem eius quę magis nota eſt demonſtratio. Huius aūt tres ſūt ſpecies. Hicon: Parabola: Paradigma.

Hicon eſt perſona℞ inter ſe uel eo℞ quę perſonis accidunt comparatio: ut hos humeroſq; deo ſimilis.

Parabola uero eſt re℞ genere diſſimilium comparatio: ut Qualis mugitus fugit cū ſautius aram Taurus: & incertam excuſſit ceruice ſecurim.

Paradigma eſt exempli hortantis uel deterentis enarratio. Hortantis: ut antenor potuit mediis elapſus achiuis Illyricos penetrare ſinus: atq;. Deterrētis: ut at non ſic phrygius penetrat lacedemona paſtor Ledeamq; helenā troianas. uexit ad urbes. FINIS.

Barbariem quicunq; cupis uitare loquendo:
Donati hoc lecto codice doctus eris.

UVA. BHSC. IyR_099_1

# SERVII HONORATI IN SECVNDAM DONATI EDITIONEM INTERPRETATIO.

Rs dicta eſt uel ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ideſt a uirtute: quã gręci uniuſcuiuſq; ſcientiã uocant: uel certe ideo ars dr: ꝙ arctis pręceptis cuncta cõcludat ideſt anguſtis & breuib⁹. Pleriq; artem ſcribentes a litteraꝝ tractatu inchoauert. Pleriq; a uoce: pleriq; a diffinitione artis grãmaticę: ſed omnes uident̃ erraſſe. Non enĩ propriam rem officii ſui tractauerũt: ſed cõmunẽ & cũ oratoribus & cũ philoſophis Nã de litteris tractare etiã orator poteſt. De uoce nemo magis q̃ philoſophi tractant: Diffinitio etiã Ariſtotelicorũ eſt. unde ꝓprie Donatus & docte qui ab octo ꝑtibus inchoauit: quę ſpecialiter ad grãmaticos ꝑtinent.

Omen dictum eſt eo ꝙ res nobis efficit notas. Pronomen quia fungit̃ officio nois: ut ſiquis dicat Virgilius fecit bucolica: ipſe ſcripſit georgica. Verbũ dictũ eſt eo quod uerberato aere motu linguę: hęc pars orationis iuenta eſt: & licet oẽs orones cum hac oratione miſceant̃: tamen ſpeciale ſibi hęc pars hoc nomen efficit eo ꝙ hac frequenter utimur in elocutione intantũ ut dicamus uerbũ fecit Tullius apud populũ in ſenatu. Aduerbiũ dictũ eſt: quia nunq̃ recedit a uerbo: ſiue enim dicas cras facio inueuies aduerbia uerbis cohęrentia. Participiũ uocat̃ quoniam partẽ tenet nominis: partemq; uerbi quaſi particapiũ. Nã a nomie habet genera & caſus. a uerbo tpa & ſignificatões. ab utroq; numeꝝ & figuram. Prępoſitio dr: quoniã in loquendo ꝓponitur. Dicim⁹. n ante templũ eſt. non templũ ante eſt. Coniũctio dicta eſt qa coniũgat elocutões: ut ego & tu eamus. Interiectio dicta eſt ꝙ interponit̃ ad exprimendos animi affectus ut puta heu mortu⁹ ẽ. i his aũt octo ꝑtib⁹ naturalis ẽ ordo

UVA. BHSC. IyR_099_1

Rite enim nomen primum ponit̃ quod ex ipſo omnium
reꝝ noticia procreatur. Poſt hoc debet aſſequi ꝓnomẽ
quia nominis officio fungit̃: nec debet ab eius ſignifica-
tione diuelli: inde ſequitur uerbũ: quo diximus nos fre
quenter uti. Inde aduerbiũ: quod a uerbo nunq̃ recedit
Participiũ autem rite poſt nomen & uerbũ ponit̃ quod
ex partibus utriuſq; natum eſt. Prępoſitio cũ uel uerbo
uel nomini p̄ponit̃ & ipſa iuſte hoc loco poſita eſt illis
iam ante prędictis quibus pręponit̃. Similiter coniũctio
quia coniũgit oĩa non debet primũ locũ tenere. primo
enim debemus ſcire quę res cõiũgunt̃. Interiectio ideo
ultima poſita eſt: quia nihil exprimit niſi affectus animi
qui raro interponũt̃.

Omen eſt pars orõnis cũ caſu corpus aut rẽ ꝓprie
cõmuniter ue ſignificans. In oĩbus ꝑtibus oratiõis
diffinitiones eſſe debẽt ut ſegregent̃ ab aliis partibus &
ſuę partis: quã diffiniũt aliquam ꝓprietatẽ dicãt. igitur
quod dixit nomen eſſe partem orationis ſegregauit ſylla
bas a plauſibus: & quicquid cõfuſę uoci dat̃. Quod aũt
dixit cũ caſu: ſegregauit a uerbis: aduerbiis: prępoſitio-
nibus: ac coniũctionibus. Quod aũt dixit corpus aut rẽ
ſignificare hoc ipſius proprium eſt. Corporale autẽ no
men uel incorporale grãmatici ita diffinierũt: ut corpo
rale ſit qcquid uidet̃ & tangit̃: ut lapis. Incorporale qđ
non uidetur nec tangit̃: ut pietas. Item dicit aliã ꝓprieta
tem: quod aut ꝓpriũ aliquid ſignificat: aut appellatiuũ.
nam ꝓprium eſt quod unus eſt: ut Hector. appellatiuũ
quod multoꝝ eſt: ut homo. Scire debemus inueniri fre
quenter nomina appellatiua: quę ſũt ꝓpria: ut fœlix quę
cõmuni ſenſu facile dignoſcunt̃. Illud etiam ſcire debe-
mus: quia ſi ꝓprium eſt quod unus eſt: numerũ tantum
modo recipit ſingularem. neq; enim poteſt res unius in
pluralem cadere. Nam quod propria nomina pluraliter
declinant̃. Sciendũ eſt non ab unius noie ꝓcreatum nu

UVA. BHSC. IyR_099_1

meꝝ pluralē:ſed multitudinē nominū hoc facere. Recte eni Virgilius dixit. Marios & Camillos quoniā plurales fuerūt. Appellatiuū autem nomen eſt: quod cum ſit res multoꝝ recipit tamen & numeꝝ ſingularē in multis etiā unus tenetur.

Omparationis gradus ſūt tres: poſitiuus ut doctus cōparatiuꝰ ut doctior: ſuplatiuus ut doctiſſimꝰ. plerīq; uolūt comparatiuū eſſe doctiorē dicentes non eē cōparationem quando doctior dicimus quia nō comparat ſed pręferat: ſed errant. Nam oīs comparatio id agit ut alteꝝ pręferat. illa enim quę ęquat ſimilitudo potiꝰ ē q̄ comparatio. Poſitiuus autem omnia recipit genera maſculinum ut hic doctus: fœmininum ut hęc docta: neutꝝ ut hoc doctum: cōe ut docilis: omne ut docens. Cōparatiuus uero gradus duo tantum ſuſcepit genera: cōmune ut doctior: neutꝝ ut doctus. Superlatiuꝰ tria tantū: maſculinum ut doctiſſimus: fœmininum ut doctiſſima: neutrum ut doctiſſimū. Pręterea nomina recipiūt comparationem ſed ea quę ſūt qualitatis & quantitatis. Qualitas autem & quantitas aut ab animo dicitur: ut doctus: aut a corpore: ut candidus niger: aut a fortuna ut miſer aut a menſura: ut longus. Quare quęſitiuū eſt: utꝝ latinior diceref: quod tunc dicitur cum pro diſerto poniť ut ſit latinior quomodo diſertior cū aūt gentē ſignificat: non poteſt comparari. ita enim nō poſſumus dicere latinior quo modo nec gręcior. Comparatiuus aūt gradus iungiť caſibus tribus ablatiuo: ſeptimo: & noīatiuo īterpoſita particula q̄: ablatiuo ut doctior ab illo. ſeptimo ut doctior illo. nominatiuo ut doctior q̄ ille. Sed frequēter utimur ſeptimo abltō pene nūq̄. Superlatiuus uero gradus gtō tantum plurali iungitur: ut doctiſſimus illorū q̄q̄ & ſingulari cohęret quotiens nomen eſt enūciatione ſingulari: intellectu plurale: ut O donaū fortiſſime gentis Tytide. Illud ſane ſeruandū ē: quod & poſtea tractū ē

UVA. BHSC. IyR_099_1

Comparatiuũ gradum nos & noſtro & extraneo generi cõiungere. Superlatiuũ autem tantum noſtro. Dicimus enim uelocior homo hominibus & uelocior hõ canibꝰ quoniã cõpatiuus eſt gradus. ſuperlatiuũ uero gradū tantũ noſtro pręferimus generi: ut uelociſſimus hõ hominũ. nemo enim dicit homo equoꝝ.

Enera dicta ſunt ab eo quod generant. atq; ideo tã tũ duo ſunt genera principalia: maſculinũ & fœmininũ. Hi enim ſexus tantũ generant. Genera aũt aut naturalia ſunt: aut ex auctoritate deſcẽdũt: ut hic paries: hęc feneſtra. In his enim naturalem nullũ intelligimus ſexũ: ſed eum ſequimur quem firmauit auctoritas. Cętera uero genera a ſuperioribus ueniũt: ut eſt neutꝝ quod neq; maſculinũ eſt neq; fœmininũ. Cõmune quod eſt maſculinum & fœmininũ. Omne quod omnia ſupradicta continet genera. Epicœnum uero quod confuſum cõtinet ſexum. nam inter cõmune & epicœnum hoc intereſt ꝙ cõmune eſt ubi uiſu ſecernimus ſexum: ut canis. Epicœnũ eſt econtrario ubi uiſu non ſecernimus ſexum: ut piſcis Item inter epicœnũ & cõmune hoc intereſt: ꝙ in cõmuni articulari ſecernimus ſexū: ut hic canis uel hęc caniſ In epicœno uero unus articularis ſumitur: & utrunque ſexũ intelligimus: ut hęc aquila. Eum autẽ ſumemus articularẽ quem auctoritas dederit. nam cũ naturaliter nõ poſſumus in epicœnis ſexũ deprendere: debemus auctoritate firmari.

Vmerus autem ſingularis eſt aut pluralis. Dualis uero gręcus non uſurpatur niſi in nominibus duobus quę ſunt duo & ambo atq; ideo etiā inęqualiter declinantur.

Igura aut ſimplex eſt: aut compoſita. Simplex quę unam rem continet atq; naturalis eſt: ut doctꝰ. Cõpoſita uero quę ex arte fit: duas res habet ut indoctꝰ. Cõpoſita uero fit figura quattuor modis. q i arte ſũt poſiti

UVA. BHSC. IyR_099_1

Quod aũt dixit ex corruptis:ita intelligere debemus:ut tunc intelligamus corrupta eſſe in compoſitione quotiens reſoluta integrari poſſunt:ut ſiquis dicat cõcipio iure dr̃ corruptũ:quia ſi ſoluať facit capio:quod ẽ in egꝝ & conficio facit facio & ſimilia.

Blatiuus ſingularis regit genitiuũ datiuũ & abltũꝫ pluralem ſecundũ regulas in arte poſitas.ſed illud quod dicit ablatiuo e producta uel correpta terminato ita intelligendum eſt ut tũc producta ſit:quotiens genitiuus ſingularis ei terminatus ſit cũ uero is fuerit terminatus idem genitiuus ſingularis:ut huius patris ab hoc patre.Ideo aũt latini uoluerũt ab ablatiuo ſingulari regulas ſumere quoniam hic caſus latinus eſt:nec eum habent gręci & ille uti qꝫ caſus debuit regulas latinis nominibus dare qui ꝑprius latinoꝝ eſt.Oĩa noĩa quę in reꝝ natura ſũt qnqꝫ regulis continenť quę regulę apud donatum non ſũt ꝑpter compendiũ tamen tenẽdę ſũt.Colliguntur autẽ iſtę regulę de gtõ ſingulari: nã hic caſus quinqꝫ finibus terminatur aut ę diphthõgo:ut muſa muſę:aut i ut doctus docti:aut is ut pater patris:aut us : ut hic fluctus huius fluctus:aut ei ut hic uel hęc dies huiꝰ diei.Ergo cũ inuenerimus aliquod nomen de cuius declinatione dubitať:quęrũdus nobis erit pręcipue genitiuus qui inuẽtus ſi ę fuerit terminatus ad ſimilitudinẽ muſę declinabiť:ita & in reliquis fiet.Sed conſtat gręca noĩa etiam gręce poſſe declinari. Plane duos pręcipue caſus in his regulis ſollicite ꝓferre debemus.Vocatiuũ ſecũdę declinatõis & ablatiuũ tertię in qbus cõtra regulas plurimũ ſibi aſſumpſit auctoritas. Vtũs enim ſingularis ſecũdę declinationis tũ in i exibit: cũ ntũs ſingularis in ius fuerit terminatus in genere maſculino in proprio nomine:ut hic Mercurius,o Mercuri.Hoc eniꝫ nomen ius terminat nominatiuũ & maſculinũ eſt & ꝓpriũ Si autem nominatiuus us terminať ut hic doctus utũm

UVA. BHSC. IyR_099_1

facit o docte:& ſi appellatiuum ſit licet ius terminatur: ut hic impius o impie. hic egregius o egregie. At huic regulę contrarium eſt hic filius o fili. Quare maiores noſtri timentes ipſum uocatiuum ſimilem fecerunt nominatiuo. ut Virgilius dicit: Corniger heſperidum fluuius regnator aquarum: & Lucius Octauius iudex. Ablatiuus uero tertię declinationis: qui & i & e terminatur multum confuſus eſt: tamen hoc ſeruare debemus ut cuȝ nomen fuerit generis communis: quod in is mittit nominatiuum & genitiuum: ablatiuum. i. terminemus: ut hic & hęc docilis: ab hoc & ab hac docili. Item neutra oïa quę e terminantur in nominatiuo: ut hoc mare ab hoc mari Ea uero quę x littera terminantur in e exeunt: ut hic calix ab hoc calice: hęc pellex ab hac pellice: hęc lex ab hac lege & ſimilia. Item omnia participia e terminantur ut ab hoc calente: ab hoc furente: quę ſi nomia fuerint i magis terminabūtur. Item quę or terminantur in nominatiuo doctior: clarior: minor: maior: facit enim a doctiore clariore minore maiore. Reliqua uero ſic ambigua ſunt ut uix etiam auctoritate firmentur. naȝ & ab hac naui & ab hac naue legimus: & ab hac puppi & ab hac puppe & ab hoc igni & ab hoc igne: in quibus omnibus meliorum auctoritas ſequenda eſt.

Ronomen dictum eſt: quia ponitur pro noïe: ut ſi quis dicat Virgilius ſcripſit bucolica: ipſe ſcripſit georgica: nec tñ uidentur pnomina: quoniam nominum funguntur officio eſſe noïa. nã etſi nominũ uim exprimũt non tamen plene exprimunt. Nomiua enim poſita pléas faciũt elocutiones: pronomina ſemiplenas. Item nomina poſita uelut inchoant elocutiones. Pronomina auteȝ uelut complét. Qualitas pnominũ principaliter biptita ẽ. Omnia enim pronomina aut finita ſunt: aut infinita. Finita ſunt quę recipiũt perſonas ideſt quę definiũt perſonas & ſunt tantũ tria. ego tu ille. ſed ille plerũqȝ uariatur.

UVA. BHSC. IyR_099_1

Nam ſi ad preſentis perſonam refertur tūc recte finitū eſt. ſi de abſente dicatur minus q̄ finitum eſt. Infinita autem pronomina uarias habent ſpecies: nam licet oīa que cunq; non recipiunt perſonas infinita ſunt: tamē alia dicuntur generaliter finita: alia minus q̄ finita. alia articularia uel demōſtratiua: alia poſſeſſiua: generaliter infinita ſunt que unicuiq; pſone aptari poſſunt: ut ē qs: & ſūt hec ſeptē tantū: Quis qualis talis quantus tant⁹ quotus totus. Minus q̄ finita dicunt̄ que cōmemorationē habēt notarum perſonarum: ut eſt ipſe: hec ſunt ſex tantū. ipē iſte is hic idem ſui. Sed ex his alia ſunt que abſentes pſonas ſignificāt: alia per preſentes: abſentes reliqua omnia preſentis hec tantum: iſte iſta iſtud & hic hec hoc: que nonnulli etiam pronomina articularia uocant: eo quod more grecorum nominibus declinantur. Poſſeſſiua dicuntur pronomina: que nos aliquid poſſidere oſtendūt ut eſt meus tuus. Hec in quattuor partes diuidunt̄: aut enim utraq; parte ſingularia aut utraq; pluralia: autītrīſecus ſingularia extrīſecus pluralia aut extrinſec⁹ ſingularia: intrinſecus pluralia. Vtraq; pte ſingularia ſūt ubi & pſona poſſidētis & poſſeſſio una eſt: ut meus. Vtraque parte pluralia ubi ſunt multi qui poſſident̄ & multi ſunt qui poſſident ut eſt noſtri. Intrinſec⁹ ſingularia extrinſecus pluralia ſūt que poſſidentes unā perſonā oſtendūt poſſeſſoꝝ plurimas: ut eſt mei uel ecōtrario ut ē noſter intrinſecus autem dicitur quod ptinet ad perſonam poſſidentis: extrinſecus quod pertinet ad perſonam poſſeſſi. Sunt aūt poſſeſſiua pronomina quinq; tantum: meus: tuus: ſuus: noſter & ueſter. Abſq; his pronominibus que oīa ſunt uiginti & unum: nullum aliud quod ſuā originem habeat poterit reperiri. ſed⁊ſiqua ſunt in cōpoſitōe fiūt. Scire autem debemus in declinatiōe ꝓnominuꝫ plerūq; ſub una ſignificatiōe caſus uarie proferri ut eſt qs uel qui. nā poſſumus dicere meī cā te peto & mis cauſa

UVA. BHSC. IyR_099_1

te peto & tis cauſa te peto: ſed mis & tis de uſu receſſerẽt
Item ablatiuus ſingularis aliquando uarie terminatur: ut
a quo uel a qui. nam dicimus a quo ueniſti: & a qui ueni
ſti. ſed a qui in uſu eſſe deſiit. Datiuus etiam & ablatiuus
plurales plerũq; uarii ſunt. dicimus enim a quis uel a q
bus: qui quidem uidentur hac ratione uariari: quoniam
ablatiuus ſingularis inuentus eſt uarius. Scimus enim
quia omnia quę o terminantur in is mittunt: quę i in bus.
Ergo ſicut dicimus ab hoc docto ab his doctis: ita dici-
mus a quo & a quis. item ſicut dicimus a puppi a puppi
bus: ita dicimus a qui a quibus. Sed pronomina queãd-
modum in declinatione duplicant caſus: ita plerunq; mi
nuũt. nam ſicut pronomina ubi tantũmodo genitiui ſũt
ut eccum eccam ellum. Sunt ubi nominatiuus & uocati
uus deeſt: ut ſui ſibi ſe a ſe. Sũt ubi uocatiuus tantũ de-
eſt: ut in pronomine quod eſt ego.

Erbum eſt pars orationis cum tempore & perſona ſine caſu. Quod dixit cum tempore & perſona cõ-
nexum intelligendum eſt. Neutrum enim poteſt in uerbo
ab altero ſeparari. nam ſi ſolam perſonam uelis intellige
re pronomen eſt. Si ſolum tempus participiũ eſt: ſi utrumq;
ſimul tunc uerbum eſt. Quod autem adiecit caſu carere
uelut ſuperflue eſt poſitum. Quis enim neſcit uerbum
carere caſu: ſed timuit propter illas elocutiones: quę ſic
formantur quaſi caſum habeãt: ut da mihi bibere: ſic eſt
enim da mihi bibere ut ſi dicas da mihi uinum qđ utiq;
caſum habet: ne qui ergo propter ſimilitudinem elocu-
tionum putarent caſum modo infinito attribui: ideo di
xit penitus caſum a uerbo reponi. nam ille elocutiones
caſum non recipiunt: ſed grecam elocutionem ſequun-
tur.

Valitas uerborum diuiditur in modos & formas. Mo
di omnes ſunt octo. Indicatiuus: imperatiuus: pro-
miſſiuus: optatiuus coniũctiuus. Infinitus impersonali.

UVA. BHSC. IyR_099_1

Gerũdiuus. Sed ex his qnq; uolũt eſſe legitimos de tri/
bus uero dubitat̃ ideſt de ꝓmiſſiuo Imperſonali. Gerũ
diuo: Indicatiuus dicit̃ modus quoniã per ipſum quod
gerimus indicamus: ut eſt lego. Impatiuus quoniã ꝑ ip
ſum iperamus ut eſt lege. Optatiuus quoniam habet ad
uerbium optandi. ut utinam legã. Coniunctiuum uero
modũ non ideo coniunctiuuꝫ dicimus quia habet aliqd
coniunctũ ideſt cũ. Nam & optatiuus inciperet eſſe con/
iunctiuus qa habet aduerbiũ coniunctum utinã ſed ideo
dictus eſt cõiunctiuus quia i loquendo cũ ſolus locutio/
nem implere nõ poterit cõiungit ſibi indicatiuum: ut cũ
ſcipſero faciam & cũ dixero legam: Infinitiuus dicitur
modus quia non definit pſonas: ſed omnes tres uno uer
bo profert ut eſt legere. Cęteri uero modi in pſonis dif/
ferentiã faciũt quod probat̃ hac elocutiõe. legere uolo
legere uis. legere uult. Nã quoniam uolo uis uult in di/
catiuus eſt modus differentia facta eſt perſonaꝝ: quoniã
uero legere infinitus eſt oẽs uno modo prolatę hi ſunt
generales modi. Illi uero tres de quib⁹ dubitat̃ ita expli
candi ſunt. Qui negant promiſſiuũ modũ eſſe hoc aſſe/
runt eſſe ſuperfluum hunc putari modũ quoniã indica/
tiui modi ſit tempus futuꝝ ideſt legã ſcribam. Qui auté
dicunt propriũ modũ eſſe negant indicatiuũ modũ tem
pus futurum per reꝝ naturam habere poſſe. Nam ſi indi
catiuus modus ideo dictus eſt: qđ per ipſum indicamus
Nemo autem indicat: niſi quę nouit futuꝝ habere non
poteſt quia nemo indicat. De imperſonali aũt modo hęc
loquũtur. Pleriq; hunc modũ dicunt quia ſic de uerbo
naſcit̃ quemadmodũ cęteri modi ut lego lege legit̃: ſed
tamen non probat̃ modus eſſe: ſed uerbũ: Nam cũ unuſ
quiſq; modus: non poſſit currere per modos nam habet
indicatiuum legitur. Imperatiuum legat̃: coniunctiuuꝫ
cũ legatur. Item Gerundiuum queꝫ dicũt modũ pleriq;
negant eum modũ eſſe: ſed dicunt participioꝝ a paſſiuo

x

UVA. BHSC. IyR_099_1

futuri & preteriti eſſe declinationez ſed eſt modus: quia in o. deſinit ultimo tempore ſuo in qua littera nullũ deſinit participium & ſignificationẽ habet tam agentis q̃ pacientis: quod utiq; non haberet ſi participiuz paſſiuũ eſſet: Etenim cum dicimus cantãdo & agentis & patientis habet ſignificationez: quod probatur teſte Virgilio. Nam ubi dicit: Cantando tu illum: agentis ſignificationez oſtendit ubi dicit cantãdo rumpit anguis patientis.

Orme ſunt quattuor: per quas non declinatio: ſed ſignificatio uerborum explicatur: que ideo quattuor ſunt quoniam omne quod agimus quattuor temporum officio continetur. Nam aut cogitamus utrũ agendum ſit. aut quod placuit inchoamus: aut inchoata cõplemus aut completa iteramus: iccirco ipſe forme hec nomina acceperunt una enim Meditatiua que non agere nos aliqd: ſed adhuc uelle agere oſtendit ut eſt lecturio ſignificat enim non lego: ſed legere uolo. Secunda eſt inchoatiua: que aliquid nos nunciare oſtendit ut eſt caleſco quod ſignificat calere incipio. Tertia eſt pfecta ut eſt lego: que plenũ oſtẽdit actum. Quarta eſt frequẽtatiua que nos ſepe agere aliquid oſtendit: ut lectito ſignificat enim ſepe lego. Quas formas pleriq; ueluti milites refutare uolunt: ſed cõuincuntur ſecundum rationem naturalẽ. Multa enim ſunt que proprie nõ niſi iſtis poſſunt explicari. Med tatiua autẽ forma in rio deſinit ut ſcripturio: lecturio. Incohatiua aũt uerba quinq; regulis cõtinent. quarũ ſi una defuerit inchoatiua nõ erũt debent eniz in ſco ſyllaba exire & originẽ ducere a neutrali uerbo: & tertie eſſe cõiugatiõis correpte: & carere tẽpore preterito perfecto & pluſq̃pfecto carere etiã participio futuri tpis. Ideo autez inchoatiua carent tẽpore perfecto quia oĩa que inchoant nihil perfectum habere debent. Frequentatiua forma i to qñ exit ſemper prime coniugationis eſt: ut lectito: as: curſito: as: ſcriptito: as.

UVA. BHSC. IyR_099_1

Si autem in.ſo.exeat etiam tertię eſſe poteſt: ut laceſſo laceſſis:faceſſo:faceſſis.

Oniunctiones tres ſunt nomina habentes ab ordīe litteraꝝ quęruntur aūt in quinq; rebus ideſt indicatiuo modo tempore pn̄ti:numero ſingulari: ſecunda perſona ante lr̄as uel ante ſyllabas.Ante litteras ī uerbis actiuis & neutralibꝰ.Ante ſyllabas in cęteris.i.ī paſſiuis cōmunibus: deponētibus.Ergo ubi.a.fuerit prima coniugatio ē:ut amo amas.ubi.e. eſt ſecunda ut doceo doces:ubi.i.tertia ut lego legis.ſed tertia plerūq; & correpta eſt:& producta:qđ deprehendit̄ hac ratione.Si correpta fuerit ī paſſiuo penultima ſyllaba.e.habebit ut lego legis legor legeris.Si aūt ꝓducta fuerit.i.reſeruabit in paſſiuo:ut nutrio nutris:nutrior nutriris.Quę uarietas etiam de imperatiuo mō colligit̄. nam tertia correpta i.e.exit:ut lege.tertia ꝓducta in.i.ut nutri.Itē infinitiui modi penultima ſyllaba quę ſi lōga fuerit ꝓductam cōiugationē eſſe demōſtrat:ut nutrire.Si breuis correptam eſſe demōſtrat: ut legere hę autē cōiugatiōes futurum tēpus indicatiui modi uarie mittūt. Nam pria & ſecūda cōiugatio in.bo.dicūt:ut amo amas amabo.doceo doces docebo.Tertia uero correpta in am tantū mittit: ut lego legis legā. Tertia producta duas habet regulas reqrendas ī indicatiui modi tempore pn̄ti ſi ante.o.ultimū.e.fuerit correptū ī.bo.tantū mittit: ut exeo exibo Si autem.i.habuerit ante.o.futurum tēpus & in.bo.mittit ut ſeruio ſeruis ſeruibo:quas regulas Probus artifex tuetur.

Erboꝝ genera ſunt q̄nq;.Actiua.Paſſiua. Neutra. Cōmunia.Deponētia.Quęcūq; ille ſint diffinitiōes quę hic lectę ſūt:uarie tamen quantū ad ſignificationes id pertinet.Omnia iſta quinq; duas habēt ſignificatiōes ideſt aut agētis aut patiētis. Hinc eſt qđ in neutrali uerbo & agētis & patientis inuenimꝰ ſignificationē. agētis



UVA. BHSC. IyR_099_1

ut nato:& patiētis ut uapulo. Itē deponēti uerbo ubi ſola utiq; debuit eſſe paſſiua ſignificatio & agētis nō nūq̃ inuenit̃: ut ē loquor. Cōfuſio aūt Cōmunis uerbi caſibꝰ ſegregatur. Nā ſi actūꝫ caſum iungas agentis eſt: ut criminor illū. Si ablatiuū patientis: ut criminor ab illo.

Empora ſūt quinq;. Pręſens qđ agit: ut lego. Pręteritūimꝑfectū quod omiſſum eſt & non completum ut legebā. Pręteritū perfectum quod completuꝫ eſt paulo ante ut legi. Pręteritūpluſq̃ꝑfectum: quod completuꝫ eſt olim: ut legeram. Futuꝝ quod imminet: ut legam. Vnde uitioſe loquūt̃: qui dicunt expecta mō eggrediar. Nam iungunt ſignificationē futuram & pręſens tēpus. Item qui dicūt cras lego lectionē: uitioſe loquunt̃. Nam cum lego temporis pręſentis ſit cras uero aduerbiū futuꝝ utiq; hęc locutio non choęret. Tractandū eſt illđ an ſana ſit locutio hęc cras legā an cras lego. Cras lego ut diximus uitioſum eſt. Cras aūt legam ideo nonnulli uitioſum iudicant: quoniā duo futura quaſi ī aliud futurum nos deferunt.

Odi uaria tempora recipiunt. Indicatiuus enī oīa quinq; habet ſupradicta tempora: Imperatiuus uero duo tantum pręſens & futuꝝ. Optatiuus tria: ſed geminata: Nam preſens & imperfectū pro uno eſt: Item ꝑfectū & pluſq̃ꝑfectum habet & futurum. Coniunctiuus tot tempora habet quot & indicatiuus. Infinitus tria habet tempora pręſens: pręteritū: & futurum. Sed ſcire debemus ī omnibus paſſiuis uerbis pręterita tēpora ideſt perfectū & pluſq̃ꝑfectum habere ulteriora pręterita. ꝑſonas omnes modi ſegregata habent abſq; īfinito ubi cōfuſę ſunt ut diximus. i. tres. Modus autē imperatiuꝰ habet difficultatem perſonaꝝ quę talis eſt: prima perſona in tempore pręſenti deficit ſed in numero ſingulari. Cęteꝝ in numero plurali nō deficit: Ideo autē deficere creditur tam in perſona q̃ in numero quoniam omne impa

UVA. BHSC. IyR_099_1

tiuum in aliū procedit ideſt a ſecunda perſona naſcitur ĩ tempore uero futuro tã in numero ſingulari q̃ ĩ numero plurali prima pſona deficit.ſecūda uero & tertia ĩ numero ſingulari uno mõ pferunt: ut legito tu:legito ille:ut eſt apud Virgiliū. Tertius argolica hac galea contentus abito.Nã ſi dicam legito:legat: legito quidẽ erit tempus futuꝝ:legat uero pręſens.Itẽ tertia perſona numeri pluralis:his regulis cõtinet.Indicatiuo modo tẽpore pñti tertia pſona numero plurali.o.a ccipit:& facit hanc perſonã Impatiui modi per omnes coniugatio tiones amat:amato:docent:docento:legunt:legūto:nutriunt:nutriūto : quod ſeruare maiores ut ait Horatius & quocunqꝫ uolent animum auditoris augūto. Mam ſi diceret agant tempus pręſens oſtenderet:non futurum. Prima coniugatio & tertia correpta tot ſyllabas habet̃ debet in ſecunda perſona quot ĩ prima habet indicatiuo modo:ut amo amas.lego legis.Quod autē aliter facerit anomalum eſt:ut edo:es:comedo comedes

Duerbium dictum eſt eo quod neceſſe habet hanc partem orationis uerbū ſequi: ut cras faciã:hodie legam : quottidie ſcribo ſed non neceſſe eſt uerba ſequi aduerbium.Ita neceſſe eſt aduerbium ſequi uerbuꝫ. Nã qñ dico facit orator:ẽ elocutio plena q̃q̃ ſine aduerbio. Poteſt ergo uerbum ſine aduerbio poni.Aduerbiū aūt ſine uerbo nunq̃ ponitur.In ſignificationibꝰ aduerbioꝝ localia aduerbia diligentet animaduertenda ſūt:quę habent quattuor ſpecies.In loco:de loco: ad locū:& p locum.In loco ſunt hęc:hic:illic:ibi:intus:foris.De loco ſunt hęc.binc:illinc:inde:aliunde:uno modo tam de loco q̃ in loco proferunt.i.ſine coniunctione prępoſitiones.Ad locū ſunt hęc:huc:illuc:iſtuc:illo:intro:foras. Per locum ſunt hęc:hac:illac:illa. Ergo animaduertet̃ debemus:ut quotiens fuerint aduerbia in loco iungamꝰ uerba:quę habeant hanc ſignificationẽ in loco:ut puta



UVA. BHSC. IyR_099_1

ibi ſum:illic ſedeo:intus:& ſimilia. Quotiens ſunt autẽ aduerbia:quę ſignificant ad locũ iungamus his uerbis ſimiliter quę habeant ſignificationẽ euntis: ut pergo il/ luc:uado illo:proficiſcor intro & ſimilia. Naꝫ ſi quis di cat uenio ibi uitioſum eſt. Venio enim ſignificationis eſt ad locũ:ibi uero i loco eſt: & duo hęc diuerſa nunq̃ co/ hęrent. Nam oĩa aduerbia nõ recipiunt comperationẽ: ſed ea tantũ quę ducunt originem a nominibꝰ recipien/ tibus cõperationem:ut doctus docte:iure enim dicimꝰ doctius doctiſſime quoniã & nomen ipſum facit. doctior doctiſſimus. Aduerbia autem quę comparantur in paſſi uo gradu duas habet regulas. e. &. er. ut docte & forti/ ter. In comperatiuo nuã ut doctius & fortius. In ſuper/ latiuo autem unam. e. quod ſemper productum eſt: ut doctiſſime fortiſſime. Quando antem poſitiuus. e. termi natur:& qñ. er. datiuus ſingularis oſtendit. Nam. e. tum terminatur aduerbiũ in poſitiuo quando datiuus ſingu laris. o. fuerit terminatꝰ:ut docto docte:claro clare. Tũc autem aduerbium. er. terminat̃ quando datiuus ſingu/ laris. i. fuerit termiatꝰ:ut huic agili agiliter:& huic forti fortiter. Quę has regulas nõ ſeruant aduerbia anoma/ la ſunt. Nomina prouinciaꝝ ſemp̃ recipiunt prępoſitio/ nes:ut ad campaniam pergo:de campania uenio. In cã/ pania ſum. Econtrario nomina ciuitatũ nunq̃ recipiũt prępoſitiones quando funguntur uice aduerbioꝝ. Ve/ rũtamen ſi ad locũ ſignificant accuſatiui forma ſequen/ da eſt:ut Carthagineꝫ uado ſi de loco ſecundũ ſeptimũ loquimur. ut Carthagine uenio ſi in loco duplex regu/ la eſt:Nam ſi nomen fuerit ſecundę declinatiõis:aduer/ biũ in loci fit ſecundũ formã genitiui:dicimus eniꝫ deli fui beneuenti fui quoniam huius deli huiꝰ beneuenti ge nitiuus eſt. Sin autem nomen erit alterius cuiuſcũq; de clinationis tunc formam ſequimur datiui caſus dicimꝰ enim Carthagini fui. Tyberi fui:quoniam huic Cartha/

UVA. BHSC. IyR_099_1

gini huic Tyberi datiuus eſt. Sciendũ eſt ſane pauca no/mina his regulis repugnare: ut eſt Narbone in philippicis Cicero Cum tu. Narbone menſas hoſpitium: conuomeres. Debuerit enim dicere Narboni. Itẽ Virgilius ait Tyria Carthagine qui nunc expectat inquit Carthagine non Carthagini quod erat regula Sed Cicero Antyptoſim fecit. Virgilius uero metri neceſſitatez mutata regula ſeruauit: Generaliter tenẽdũ eſt quod aduerbiis ideſt ſolis poſitis non debet coniungi prępoſitio ſeparatim. Nemo enim dicit: de ſero de modo: Vnde nec de mane dicere debemus: quod plerunq; in uſu habent. Sed quo/niam legimus dum mane nouum ideſt hoc ipſum mane iam nomen effectum eſt: genus enim non recipit niſi no/mẽ: Videmur ei adiicere poſſe prępoſitionem: Quare tutius loquũtur & ſolum aduerbium ſine prepoſitione ponunt: ut mane uenit & quando uolũt addere prępoſitionem genus cõiungunt: ut de primo mane uenio: iam enĩ nõ uidetur iũgi ei parti orationis quę eſt mane: Sed quę eſt primo.

Articipium dictũ eſt quaſi participiũ. habet. n. partes a nomine duas: genus & cauſam. A uerbo duas tempus & ſignificationem: Ab utroq; duas numerum & figuram: ideo ab utroq; quoniam numerus & figura tã modo accidunt q̃ uerbo. illa enim bina iis tantum accidunt a quibus trahuntur.

Enera participiorum ſunt hęc. Maſculinuz. Fœmininum. Neutrũ & Omne. Maſculinum participiũ in us. ſyllabam terminatur. Fœmininum i. a. Neutrum i um. ut lectus lecta lectum. lecturus lectura lecturum. legendus legẽda legendum. nam hęc ſunt duo tẽpora pręteritum & futurum quę genera ſecunduz regulas quas diximus diuidunt. Pręſens autem participium ſemper generis eſt omnis: & duabus clauditur conſonantibus: ut eſt legens.



UVA. BHSC. IyR_099_1

Aſus totidem ſunt in participiis quot in nomine & pronomine. Participia aũt Maſculina & Neutra ſecundę ſũt declinatiõis. Fœminina priȩ. Omne tertię in quo Ablatiuus &.i.&.e.terminat̃:ut amanti & amante. Sed ſcire cõuenit qđ ars exigit ut.e.lr̃a terminet̃.i.autẽ ubi fuerit terminatus:Ablatiuus hui⁹ participii neceſſitas eſt aut metri:aut euphonię.

Empora i participiis latinis tria ſũt pręſens.p̄teritũ & futuꝝ.Regulę tñ quattuor ſũt.Nã p̄ſens unã hẽt quã dixim⁹.ns.ut legẽs. Pręteritũ unã.us.ut lectus Futuꝝ uero duas habet regulas:rus:&.dus.ut lecturus & legẽdus. Ideo aũt neutrale uerbũ tot & eadem habet participia quę & actiuũ quoniã ſic declinat̃ ut actiuum Nam participia declinatiōe noſcunt̃:Deponens aũt uerbum participiũ futuri in rus mittit:ut auxiliaturus.Nã ideo dictum eſt deponens nõ quod.r.litteram non deponat(.Nam & cõmune deponens eſſet.& hoc.n.r.litterã non relinquit) ſed ideo deponens dicitur:quod deponit participium declinationis ſuę ideſt futuruȝ quod dus: ſyllaba terminat̃.Nemo enim poteſt dicere loquendus: licet inueniamus apud poetas hanc uſurpationẽ.Commune uero uerbũ ideo habet quattuor participia:qa cõmune eſt ideſt agentis & patiẽtis habet ſignificatiõeȝ & nouimus qđ duo participia ueniunt ab actiuo:& duo a paſſiuo.Sane ſcire debemus qđ licet latinitas non habeat neq; pręterituȝ participium ab actiuo:neq; pręſens a paſſiuo: inuenitur tñ apud poetas talis elocutio ubi alterius tp̄is pro hac ſignificatione ponat̃:ut eſt Virgili⁹ Et qua uectus abas & qua grãdeuus alethes. Vectus eni dixit pro eo quod eſt uehebat̃. Regulę participioꝝ ita ſe habent:ut participiũ futuri tp̄is a paſſiuo regat participiũ pręſentis tp̄is ab actiuo ideſt ut de participio futuri temporis a paſſiuo ſublata dus ſyllaba & addita.ſ. littera faciamus participiuȝ pręſentis tẽporis ab actiuo

UVA. BHSC. IyR_099_1

uel e contrario. Item participiũ pręſentis tpis a paſſiuo ſublata s littera & addita rus ſyllaba facit participiũ futuri temporis ab actiuo: ut lectus lecturus uel ecõtrario Sed his regulis repugnant pauca participia noua ratiõe uſurpata: ut eſt moriturus quod nulla rõne dicitur. ſublata eni rus ſyllaba & addita s littera morit⁹ facit quod latinitas non habet: nam mortuus dicimus. Et illud ſciẽdum eſt maiores noſtri: ſępe a uerbis neutralibus pſentis temporis uſurpaſſe participia: ut eſt regnata triũphata: placita: nupta: pranſus: cœnatus: & ſimilia: Quib⁹ nos ideo utimur: quoniã auctoritate firmantur. non tñ poſſumus de aliis uerbis neutralibus ſimiliter quę non lecta ſunt uſurpare: Sed debemus ea tantum que lecta ſunt dicere.

Coniũctiones dictę ſunt ab eo quod coniũgant elocutionẽ: Nam ſi quis dicat ego & tu eamus: diſſidet elocutio ſi iterponas &: & dicas ego & tu eamus incipit cohęrere. Copulatiue dicũtur eo ꝙ & uerba & ſenſum copulant: ut ſi quis dicat ego & tu eamus. Nã in hac elocutiõe & uerba coniũcta ſunt & & ſenſus. Vtrunq; enim itu℞ ſignificat. Diſiũctiua uero penitus contra naturam ſermonis fuiſſet inuẽta niſi uerba coniũgeret. Nã qd tã contrariũ coniũctioni: q̃ habere ſpecies coniũctiõis? ſed ideo diſiũctiua dr̃ ꝙ ſenſus diſiũgat. Nam uerba coniungit: ut ſi qs dicat ego aut tu eamus. nũc eni elocutio cõiũcta: ſed ſenſus diſiũctus. Non eni utrũq; ſed alte℞ iturũ ſignificat. Expletiuę dicunt̃ coniũctiones eo ꝙ illud qđ minus fuerat explere contendũt: ut ſi quis dicat negligẽti lege dicendo: lege in eo eum arguit quod nõ legit. At ſi dicat ſaltem lege: in eo arguit ꝙ nihil omnino agit. Inter cauſales & rationales hoc inteſt: ꝙ tunc utimur cauſualibus quando de cauſa loquimur: tunc rationalibus quando de ratione. Cauſa eſt autem quę nos impingit ad aliquid faciendum. Ratio autem: qua utimur in faciẽdo

UVA. BHSC. IyR_099_1

Sed plane faciendũ eſt ꝙ pro rationabilibus cauſales po nere poſſumus:& pro cauſalibus nũq̃ ponimus rat iona les. Etenim cauſa non ſtatim rationem recipit. ubi auté non eſt iam cã prȩceſſit. In ordine auté hoc ſeruandũ eſt quod ſunt aliquȩ quȩ ſemper prȩponunt̃ :ut aſt:at. dici/ mus enim aſt ego quȩ diuũ incedo regina : non ego aſt. Et item: At pater Anchiſes:non eni pater at. Poſtponũt̃ ueroq; & aũt dicimus enim primuſq; machaon nõq; pri mus Machaon. Et hoc autem fac:non auté hoc fac. Igit̃ uero & primo & medio & ultimo cõuenit loco:dicimuſ eni igit̃ patres conſcripti cenſuerũt & patres igit̃ cõſcri pti cenſuerũt.

Rȩpoſitio dicta eſt:ꝙ in loquendo preponitur: di/ cimus enim apud amicum ſum. Excepta bina ꝑpo/ ſitione quȩ nunq̃ prȩponitur ſed poſtponitur ſicut ten᷒ dicimus enim pubetenus & non tenus pube : & excepta altera ꝑpoſitione ideſt cum ſcilicet in ꝓnominibus non nullis:ut mecũ:tecum:nobiſcũ:uobiſcũ:quod cõtra ar/ tem ex aperto dr̃. nemo enim dicit cuȝ me cũ te propter cacéphaton. Natura eni prȩpõnis exigebat: ut prȩpone ret̃. Accuſatiuȩ prȩpoſitiones ſũt. xxx. quȩ accuſatio tã tum iungunt̃ uel ſingulari uel plurali. Ex his ad & apđ diuerſas habent ſignificationes. Nam ad:ad locũ ſignifi/ cat:ut ad patrem uado. Apud uero in loco:ut apud pa/ rentes ſũ. ſed ad nõnunq̃ auctoritate etiam in loco repit̃ ut decem fiſcos ad ſenatoré illuȝ relictos. & apud Maro nem: Ad Troiam ꝓ caris geſſerat argis. Tentauerunt ple riq; facere diſcretioné & in hac elocutione quȩ fit de ad & de in:ut ad foꝶ uenio & in foꝶ uenio. Etenim ad forũ uenio eſt ad foꝶ accedo. in forum uenio forum ingredi or:ut ſit illud potius propinquantis ad locum. hoc aũt locum ipſum tenentis:ſicut uidet̃ locutus eſſe Saluſtiuſ dicendo:ire utiq; imperatores ad urbem erant utriq; im pediti ne triũpharent calũnia paucoꝶ. Nam ſi nec dum

UVA. BHSC. IyR 099_1

triumphauerāt : urbē igreſſi non fuerant. Ergo ad urbē quod dixit propinquantis ſignificatio habetur: nō ingre dientis. Vſq; etiam prępoſitio nouo modo ſibi aliā con iungit pręposſitionem. dicimus enim ut Virgilius aduſq; colūnas exulat. Nec ſequi debemus quod nōnulli dicūt uſq; aduerbiū eſſe: multo minus enim ſibi iūgeret ꝑpo ſitionem ſi aduerbiū fuiſſet. Aduerbio eni ſępe prępoſi tio ſeparatim nō cohęret. Et e & ex prepoſitiōes habent differentiā: nam ſi pars orationis ſequatur a uocali: icho ans ex pręponimus: ut ex aio. Si autē a conſonāte icho et e: ut e foro. Econtrario autem poſitę aut hiatū faciūt aut aſperitatem hiatum e animo aſperitatē ex foro. Clā prępoſitio: quā donatus inter ablatiuas poſuit: ſcire de bemus ꝙ indifferenter pro arbitrio dicentis & ablatiuo iūgitur & accuſatiuo. dicimus enim clam patre & clam patrē. In ſub ſup & ſubter: & accuſatiuę ſūt & ablatiuę. Sed apud maiores noſtros indifferenter ponebant ideſt nulla lege ſernata: nā & Virgilius dixit: Rapuitq; i fomi te flammā: pro in fomitem. & Hora. naſo diſtrictus enſis quod ſuper magna ceruice pendet: pro ſuper ceruicem Cicero fortes in eo quiritis pro in eū & ſimilia. Aetas po ſterior ſup & ſubter accuſatiuas fecit in uero & ſub cō iūgit accuſatiuis caſibus cōmutatio eſt loci: ut in forū uado: ſub baſilicam uado. Tūc iūgitur ablatiuis cū per manſio eſt uerboꝝ: quę elocutione pręponenda ſūt rōne colligitur. nam pergo proficiſcor & huius motū ſignifi cant. Sto: ſedeo: dormio: & huius permanſionem. Loque lares ꝑpōnes ideo dicūtur qa ſemp cohęrent: ut cōduco recipio. cohęrere autem eas res illa ſignificat quod non patiuntur in ſignificatione interpoſitionem. nemo enim dicit con tibi duco: aut re illū cipio. Prępōnes cū poſt poſitę fuerint ſi caſū ſuum reſeruēt adhuc prępoſitiōes ſunt ut tranſtra p & remos ſi aūt caſum mutent fiunt ad uerbia: ut tempore poſt. Sed plerunq; metrorum rōne

UVA. BHSC. IyR_099_1

etiá prępoſitę idem faciũt ut longo poſt tp̄e uenit. Et il lud ſciendũ eſt prępoſitiones utriuſq; caſus quotiens p̄ aliis prępoſiti onibus ponũtur illis eas caſibus iũgi qui bus iungũť illę pro quibus ponũť: ut in alteꝝ. nam quo niam in modo contra ſignificat tantũ accuſatiuo iũgen da eſt. Contra eni accuſatiui caſus eſt. Item ſup̄ Priamo rogitans: quoniã ſup̄ de ſignificat tantum ablatiuo iun/ genda eſt. de eni ablatiui caſus eſt.

Nteriectiones ꝓprie ſũt affectus uoce incognita cõ dita expreſſi: ſed & plenus frequenter ſermo pro in teriectione habetur: ſi affectum ſignificet: ut proprie do/ lor & ſimilia.

Vnt nomina ſimilia participiis pręſentis temporis ut demens legens: quę hac ratione diſcernuntur. Si enim nomen fuerit comparationẽ recipit: ut dementior dementiſſimus. ſi aũt participium fuerit non recipit cõ/ parationem. Nemo enim dicit legẽtior legẽtiſſim⁹. Quid ſi ſit nomen nõ ſimile participio: ſed quid ſit & p̄ticipiũ aliam recipit diſcretionem: ut eſt amans quod eſt nomẽ eſt & participiũ. Nam ſi ſit nomen gtõ iungiť: ut amans tui. ſi autem participiũ ſit accuſatiuo iungiť: ut amãs te quemadmodum colens te. Si autem inueniantur nomina ſimilia participiis p̄teriti tp̄is uel potius eadem & parti/ cipia diſcernũtnr in declinatione. Nam participia ſi fue/ rint ſecundę ſũt declinatiõis: ut hic uiſus huius uiſi: hic auditus: huius auditi. Si autem nõia fuerint: erũt quartę declinationis: ut hic uiſus huius uiſus: hic auditus hui⁹ auditus: q̄q̄ hęc quę diximus etiam illa ratione diſcerni mus: quod participium tunc eſt quom tempus habꝫ: ut puta ille auditus eſt: quom autem non habet temp⁹: no/ men eſt: nt auditus me⁹ obtuſus eſt: & uiſus me⁹ breuis.

UVA. BHSC. IyR_099_1

SERGII GRAMMATICI IN SECVNDAM DONA TI EDITIONEM COMMENTARIVS.

Vę ſunt principales partes orationis nomẽ & uerbum:eo ꝙ ipſę ſolę faciũt elocutioneʒ:ut Cicero ſcripſit:Virgilius fecit.& ſine ipis nulla pars implet elocutionẽ. nã quando dicim⁹ ipſe legens dixit.Ariſtotelici dicũt duas eſſe partes orationis nomen & uerbũ.S oici qnq;.Grãmatici octo:pleriq; nouem·pleriq; decem:pleriq; undecim. Interiectiõẽ greci penitus nõ habent:ſed inter partes orationis ideſt in octo nõ computant.Nos articulo nõ penitus carem⁹ ideſt eum articulum:ſed in pronomine cõputam⁹. Tres partes orationis ſunt:quę caſibus declinant:nomen:ꝓnomen:participiũ:& una quę temporibus ideſt uerbũ. Cętere omnes quattuor nõ declinãtur. Queſitũ ẽ quando pars orationis officio fungitur utrũ ius ſuũ retineat an eius cuius accipit ſignificationẽ.nam frequenter inuenimns & nomina ꝓ aduerbiis poſita:ut toruũ clamat:& aduerbia pro nominibus:ut mare nouũ.Quare ſciendũ eſt quoniam ſi nomen ſit pro aduerbio inſtitutum icipit non poſſe declinari.Etenim cum deſinat eſſe quod eſt & tranſeat in aduerbiũ incipit iam non poſſe declinari quẽadmodum nec illud aduerbiũ naturaliter declinat. Itẽ aduerbium ſi tranſeat in ſignificationẽ nominis nõ nũq declinatur:quoniam ſignificat eam partem orationis quę recipit declinationem.Vnde eſt illud apud Plautũ a primo mane uſq; ad ueſpeꝝ modo mane nomen eſt hoc mane huius manis huic mani:hoc mane ab hoc mane. nam ſi aduerbium eſſet nec genus recipet nec prępoſitiõi adiũgeret:nec poſſet terminari.

Roprium nomẽ in quattuor diuiditur partes. Pręnomen:nomen:cognomen:& agnomen. Pręnomẽ eſt:quod in loquẽdo ꝓponimus:ut Publius. Nomen eſt

UVA. BHSC. IyR_099_1

cõe familię:ut Cornelius.Cognomen eſt ꝓpriũ uocabu
lum:ut Scipio.Agnomen eſt quod extrinſecus ſumitur
uel a uirtutibus:uti Africanus.uel a uitiis:ut iugulator.
Sed ſciendũ eſt ꝙ pleꝝq; contingit ut tantũmodo inue/
nit:ut ecce Romulus unũ tantũ habet:plerũq; duo : ut
Nũma Pompilius:plerũq; tria:ut Publius Virgiliꝰ Ma
ro.plerũq; quattuor:ut Publius Cornelius Scipio Afri
canus.Sane ſciendũ eſt ꝙ quotiens unũ inuenit cogno/
men eſt.nemo enim poteſt eſſe ſine uocabulo quotiens
duo pleꝝq; pręnomen & cognomen ſibi libertus eſt.nã
non poteſt libertus habere nomen quod familiã ſignifi
cat cũ ipſe ſine familia ſit.Appellatiuoꝝ ſpecies ſunt ui
gintiſepté.Sũt noïa corporalia quę uidemus & tãgimus
ut terra lapis.Sũt ĩcorpalia:quę nec uidemꝰ nec tãgimꝰ
ut pietas iuſticia.Sũt primę poſitionis: quę a natura fir
mata ſũt:ut mons ſchola. Sunt deriuatiua:quę a primę
poſitionis noïe eiuſdem dicunt:ut montanus ſcholaſti/
cus.Hęc aũt deriuatiua non regulis ſed auctoritate fir/
mant.nã plerũq; iuenimus uaria ab uno ſermone: ut tu
der eſt tudertinus tuders.Sũt etiam diminutiua quę ſen
tentiam minuũt & nõ ſemper ſed frequenter ſyllabis cre
ſcũt:ut agnus agnellus.Sũt etiam alia ſono diminutiua
ut tabula fabula.in his ſignificatio principalis ẽ:ſ; enũ/
ciatio diminutiua:tũc enim re uera eſſent diminutiua: ſi
haberent alia principalia:ut oculus ocellus. Sũt quę di
cunt tota gręca:ut dido mãtho.gręce hęc & latine pñt
declinari gręce:ut Διδω didus:latine dido didõis μαν
θω manthus & mantho manthonis.Sunt quę tota latina
appellant:quę longe aliter a latinis proferũt q̃ a gręcis
nã quom gręci dicant πολλυδεύκησ:latini appellãt
pollux.Hęc aũt quę tantũ latina ſũt:latinę declinamus
Sunt quę appellantur notha:quę nõ primis ſyllabis ſed
ultimis a gręco ſermone diſſentiũt:ut achilleus achilles
agamẽnon agamẽno & fere omnia gręca:quę ĩ on exeũt

UVA. BHSC. IyR_099_1

detracta enim on ſyllaba per breuez o ꝑferūt ut apollō apollo:platon plato. Sunt ſynonima:quę uarias habent elocutiones. ſed unam ſignificationem:ut terra ſolū humus tellus. Sunt omonyma ſuperiorib⁹ contraria:ut aries. nam & machinamentum eſt quo muri expugnantur: & ſidus in cęlo:& animal in terris aries uocatur. Sūt patronymica quę trahuntur non tantum a patribus ſed ēt a parentibus. Nam inueniuntur & a matribus dicta thetideus thetides:& ab auo:ut ęacides. & a maioribus: ut dardanides ęneades & a uitrico: ut amphitrioniades. ſic ergo dicimus patronymica nō a patre tantū ſed a parentibus tracta:ut dicimus parricidam non qui patrē tantū ſed qui quenq; parentum necauerit. Hęc autem patronymica ſi gręca fuerint in des exeunt:ut atrides:aut in iuſ ut atreius:aut in on ut atrion. ſed quę in des exeunt tantum patronymica ſunt:ut atrides agamemnon. Quę in ius exeūt & patronymica & poſſeſſiua:ut atreius agamēnon & atreius gladius:Euandrius enſis Quę autem ī on exeunt:in latinum ſermonē non tranſeūt. Fœminina aūt aut in is exeūt ut atreis:aut in ias ut atreias:aut in en ut atrien. Sunt etiam nomina adiectiua quę plerūq; ſenſum habent:ſed coniunctione iactantur:ut magnus fortis. dicimus enim magnus uir:fortis exercitus. Sūt etiā qualitatis quę trahūtur ab animo a corpore extrinſecus. ut doctus niger fœlix. Sūt quantitatis:quę trahūt a menſura:ut lōgus latus. Sūt gentis quę gentem ſignificant: ut gręcus hiſpanus. Sunt quę patriam ſignificant:ut romanus. Sunt quę numerum:ut uu⁹ duo tres quattuor qnq; Sunt quę ordinem:ut quintus ſextus. Sunt quę ad aliqd dicuntur:quę penitus nō poſſunt ſine alterius coniunctione intelligi:ut pater. Non enim poteſt dici niſi filiuz habeat. Sūt ad aliqualiter ſe habentia:quę econtrario ſignificationem ſumūt:ut dexter ſiniſter niger candidus. Sunt generalia in quibus ſpecies continent:ut animal:

UVA. BHSC. IyR_099_1

Nā aīal dr̄ & hō & canis & equ⁹ſunt ſpecialia: ut ſunt ea
quę diximus canis hō & equus. naꝫ illa ſūt ſpecialia quę
genere diſcernunt̄. Sūt facta de uerbo: ut dictor lector.
Hęc autem ſemper in tor exeūt & oriuntur a gerundiī
modo ultimo tempore & ultima ſyllaba in tor uerſa per
oēs coniugationes: ut amatu amator: doctu doctor: audi
tu auditor: lectu lector. Sūt etiam participiis ſimilia: ut
demens: nā ſic eſt demens quaſi legens. ſed demens nomē
eſt: quia recipit comparationē ideſt dementior. legēs ue
ro participiū quia nō recipit ſimiliter comparationem.
Sūt etiam uerbo ſimilia: ut contemplator. ſed hęc cū ca
ſum acceperūt noīa ſunt: & contemplator huius contē
platoris facit: cum aūt tempus habuerint uerba: ut Ma
ro dixit contēplator aquas dulces. Sed comparatiu⁹ gra
dus generis eſt ſemp cōmunis: excepto uno quod ē ſeni
or. hoc enim ut Probus dicit tantum generis maſculini
eſt. nam omnia quę recipiunt comparationeꝫ qualitatis
ſunt & quantitatis ſic: utputa non omnes qui ſtudēt cās
agūt quiſqꝫ aūt cauſas agit: ſtuduit ſine dubio. Recta cō
paratio eſt quę primam ſyllabam integram per oēs ſer
uat: ut doctus doctior doctiſſimus. Si autem integrā non
ſeruat inęqualia efficit noīa quę ſūt tantum tria: bonus
malus: magnus: cū conſtet comparatiuū gradū minus ſi
gnificare uideat̄: ut clarior clariſſimo: doctior doctiſſi-
mo. Prętera ipſe comparatiuus nonnūq̄ poſitiuū ſigni
ficat quando dicimus ſenior ſignificans tamen ſenex. At
cum Saluſtius dicit: Mare ponticū dulcius eſt q̄ cętera
modo inuenit̄ cōparatiuus non ſolū comparatiuus nō
eſt ſed nec poſitiuus. nam mare nō modo dulcius nō eſt
ſed nec dulce quidem. Donatus dicit qnqꝫ tantū aduer-
bia genitiuo eſſe iūgenda tanq̄ magis minus maxime mi
nime ea ſcilicet ratione: quoniam uim in ſe habent com
parandi: atqꝫ ideo non debent comparatiuis caſibus iūgi
ne uideatur compatio gemiata. Qui eni dicit tā doctior

UVA. BHSC. IyR_099_1

pene dicit hoc doctior doctior: quod latinitas nõ patit̃ Probus aũt dicit omnia aduerbia quę uim augẽtis aut minuentis in ſe habent nõ debere cõiungi nec ſuperlatiuo nec ꝯparatiuo: ut ſũt iſta ualde multũ plurimũ per & ſimilia. Nã iſta nomina tãtũ poſitiuis gradibus debemus adiũgere. Quod ſuperlatiuũ dicit genitiuo plurali non adeo ueꝝ eſt nam inuenimus eũ etiaꝫ ſingulari genitiuo poſſe cõiungi tunc quando nomina ſũt enunciatione ſingularia intellectu uero pluralia ut eſt Odanaũ fortiſſime gẽtis. Quod dicit enũciatione maſculinũ itellectu eſſe neutrũ pelagus ueꝝ ẽ uulgus falſum eſt. Nam uulgus & neutro & fœminino genere legimus apud Virgiliũ fœminino. In uulgum ambiguam neutro ignobile uulgus. Balneũ generis neutri eſt in numero ſingulari. Fœminini quidẽ ſecundum uſuꝫ: ut occiſus ad balneas pellicias tamen & nentraliter legimus: ut balnea uitant̃ i Horatio Cęlũ in numero ſingulari generis neutri ẽ: In numero aũt plurali generis maſculini. habemus enim ĩ Lucretio. Quis totidem uertit cęlos. Cępe ĩ numero ſingulari neutri generis eſt: ut tunicatũ cum ſale mordens cępe & hoc nomen tres hoc ſolos habet caſus: hoc cępe hoc cępe: hoc cępe. In numero aũt plurali genere fœminino ſimpliciter declinatur. Ioca & Ioca ſimilia nomina ſunt: nã in numero plurali & maſculino & neutro genere declinant̃: dicimus enim & ioca & loca & ioci & loci In numero aũt ſingulari tantũ maſculini: ut iocus & locus. Quod dicit genera cõmunia eſſe inter maſculinum ut puta pãpinus nõ ita intelligimꝰ quaſi ſacerdos nã ſacerdos ſi maſculus ẽ hic ſacerdos dicit̃: ſi fœmina hęc ſacerdos nõ poſſumꝰ hoc ꝓ noſtra uolũtate confundere: ſed pro naturę q̃litate diſcernimꝰ. Pãpinus uero & dies & ſimilia pro noſtro arbitrio uel maſculino uel fœminino genere ꝓferunt̃. Nomẽ nec in totũ fixũ nec in totuꝫ mobile: at fixum lęna ſecũduꝫ Virgilium Troua lęna



UVA. BHSC. IyR_099_1

lupum ſequit᷑.ſecundũ Ouidiũ mobile eſt qui dixit:ut lea ſęua ſitim multa cõpeſcuit unda.Eiuſdem generis debent eſſe diminutiua : cuius generis ſunt principalia ut puta ideo hęc domũcula generis fœminini eſt qa & hęc domus generis fœminini ẽ.Exceptis ſcilicet paucis iſtis ſcutũ:piſtrũ:canis:rana: uerna:ſcurra: nã ſcutra ſcutrini facit.beta betaculus. Puluis dicit᷑ quia numeri ſingularis eſt tantũ: ſed legimus apud Horatiũ O uides diſcipare pulueres·Item pax:lux dicit numeri ſingularis ſed legimis apud Saluſtiũ : paces & luces.Itẽ quirites dicit numero tãtũ plurali ſed legim⁹ apud Horatiũ hũc qui ritẽ uetus nominatiuus hic qris.Itẽ idem Hora.Quis te quiritẽ ? cui⁹nominatiuus erit hic qrites:ut dicit Petronius·Quadrigas dicit numero tantũ plurali:ſed Varro dicit numero ſingulari.Virus generis neutri ẽ:& declia tur quẽadmodũ doctus hoc uirus hui⁹ uiri:legim⁹ eniꝫ apud Lucreciũ Tetry primordia uiri. Dicit nomĩa iam cõpoſita nõ debere cõponi & idẽ pauloante dixit de cõ pluribus potuiſſe cõponi ne cõtrariũ ſit ita iutelligi debet ut licet nobis nomẽ cõponere bis:ſed ita ut prĩa cõ poſitio ſenſuꝫ nobis ĩ cõtrariũ nõ uertat:ut territus imperterritus.Illud.n.nobis nõ licet facere:ut per cõpoſitioneꝫ primũ cõuerſum in cõtrariã ſignificationem nomen per ſecundã cõpoſitioneꝫ ualeam⁹ reuocare ad primã ſignificatiõem:ut eſt doct⁹.indoctus: qñ antiq̃ nulla ratiõe dicit᷑ prȩfectum uigulũ ſic dicat᷑ quẽadmodum tribunus militũ ideſt ſi pro una nomine accipit᷑ uterq; ſermo in priore parte tantũmodo declinat᷑.Si aũt uolue rimus elocutionem facere dicimus prȩfectus uigilibus quo tẽpore licet nobis etiã in hac duo nomina aliquem ad ferre ſermonem ut prȩfectus eſt uigilibus.

Aſus pleriq; quattuor eſſe dicunt auferẽtes nomĩatiuum & uocatiuũ:Nominatiuũ qui ſimilis eſt uocatiuo.Ideo aũt auferunt nominatiuuꝫ quoniam quom

UVA. BHSC. IyR_099_1

caſus ſit ab eo quod faciat nomen habere. Nominetiuus ecõtrario rectũ nomen oſtendit. Alii qnq; docét ut grę/ci qui ablatiuũ nõ habent. Alii ſex ut latini qui ablatiuũ addunt: Alii ſeptimũ etiam addũt caſum qui ablatiuo ſi milis ĩuenit. Nã qñ dico re uera doctior illo & doctior ab illo eadem inuenit elocutio quando autem dico illo pręſente ſuſcepi & ab illo pręſente ſuſcepi: nõ eſt ſimi/lis ab utroq; caſu elocutio. Nã illo pręſente ſuſcepi in/ter duas tãtũmodo res geri uidetur. Nõnulli adiũgunt octauũ caſum qui fit cũ quid per accuſatiuũ cum pręe/poſitione poſſum⁹ docere: dicimus per datiuũ ſine pręe/poſitiõe ut clarior it ĩn cęlũ & it clarior cęlo: ut ſubeũt ad murũ & ſubeunt muro. Inflexionũ aũt uarietates in ſex ſunt. Aliquando enim omnes caſus uarios exitus ſu/munt ut eſt unus quę dicit forma exaptota: Item penta ptota dicit ubi quinq; ſũt uarietates. Ité tetraptota ubi quattuor ut eſt ſpecies. Triptota ubi tres ſũt: ut eſt tem plum. Diptota ubi duę: ut cornu: genu: Nã nomĩatiuus accuſatiuus & uocatiuus corripiunt: Alii tres ꝓducũt ideſt genitiuus datiuus ablatiuus. Eſt etiã monoptota: quã nõ bene monoptotam ſed aptotam dicimus ut neq̃ nã monoptota illa ſũt quib⁹ unus tantũ caſus eſt ut ſpõ te. Aptota uero illa ſũt ubi omnes quideȝ ſunt caſus: ſed nulla ratione uariantur ut eſt frugi. Inueniunt auté no mina unum caſum habentia ut tabo: aut duo tantuȝ ut hic iuppiter. o. iuppiter: aut tres tantũ: ut hoc nefas aut quattuor tantum: ut hui⁹ dictionis hnic dictioni hãc di ctionem ab hac dictiõe. Sed hoꝝ nominum reliquos ca ſus in uſu quidem non eſſe manifeſtum eſt. In auctorita te auteȝ ſępius reperiunt. Inimicus datiuuȝ regit. quãq̃ uſus uendicet nominatiuum. Inimicus enim eſt mihi di co nõ meus. Item ſecundus ab illo eſt: dicimus nõ ſecũ dus illi quanq̃ iſta nomina ſuis caſibus ſeruiũt etiã aliis alia auctoritate iunguntur. Nam & pactus illam rem



UVA. BHSC. IyR_099_1

dicimus & illa re. Quod dicit ab his mulab⁹: filiab⁹: dea bus: nos dicere debere. Sciendũ eſt ꝓpter teſtamentoꝝ neceſſitatem: nã hęc pauca dicit Probus ꝯtra artem eſſe ſuſcepta: nec nos debemus ad iſtoꝝ ſimilitudinem alia declinare: ea eni quę arte carent ſola auctoritate firmãt. Vas in numero ſingulari tertię declinatiõis eſt: in nume ro plurali ſecũdę. Dices ſecundũ regulam tantũ fœmini ni generis eſt. nullu3 enim nomen ẽ producto ablatiuo terminatũ quod alterius poſſit generis iueniri: qđ autẽ dicimus genere maſculino idẽ ratio perſuaſit aduerbii: nam hodie dicẽtes quaſi hoc die ſignificam⁹ nec tamẽ di cimus hodie q̃ſi hac die: Nam quotiens nominatiuus ſin gularis. n. &. r. terminat̃ ablatiuis in. e. etiam genitiuus pluralis in um: Exit. a. ſupradictis regulis. accuſatiuus ſingularis tũc in. im. exit: quom ablatiuus ſingularis in dubitabiliter. i. terminat̃. ut ab hac ui: & ab hoc thybe ri. facit eni hanc uim hunc thyberim. Si autẽ. e. termina tur ablatiuus: tũc uariat̃ accuſatiuus ut ab hac puppe hanc puppem. Domus & iugerũ ab antiquis aliter decli nabantur q̃ hodie declinamus. Nam domus erat quartę declinationis. Iugerũ tertię: nos aũt in hoc nomine. i. do mus tres in unũ caſu3 uſurpamus. a. ſecunda declinatio ne ablatiuum a domo: genitiuum pluralẽ harũ domoꝝ accuſatiuũ pluralem has domos. In nomine autem iuge ris: unum tãtummodo uſurpamus ablatiuu3 ab hoc iu gero. V. littera tunc retinetur in datiuo plurali: ut ipſe dixit: quom aliqua diſcernenda ſunt: ut artubus: & arcu bus: cui regulę tamen iuenimus duo nomina contraria ideſt nulla diſcretione interueniente. u. retinentia ut ſpe cubus & tribubus: quę ab iſtis regulis diſcrepant. No mina tantũ pluralia uulcanalia: minerualia: ideoq; illę regulę ablatiui ſũt ſingularis: hęc aũt nomĩa ſũt nume ri tantũ pluralis: que licet regulas nõ habẽt tñ ad ſimi litudinem nominum declinãda ſũt: que nomina regulis

UVA. BHSC. IyR_099_1

continent̄.i.ut ſic declinemus.hę Kalendę quemadmo/
dum hi agiles hę idus queadmodum hę manus: quanq̄
dixerunt ut queadmodu3 regulis carent:ita uarie decli
narent̄.Nam inuenimus apud auctores & anciliū:& an/
cilioꝝ:& uulcanariū:& uulcanariorum.Itē nomia grę/
ca a ſupradictis regulis ſegregantur: ut emblema: poe/
ma:& hoc iuſte:Nam ſi gręca ſunt ablatiuo carent illę
autem ab ablatiuo originē ſumunt quas non poſſunt ſu
ſcipere nomia ablatiuo carentia:ſed hęc maiores noſtri
aut tertia declinatiōe declinabāt ſi fuiſſent generis neu/
tri:ut poema:poematis:aut pria declinatiōe declinabāt:
ſi fuiſſent generis fœminini: ut hęc poena: hui⁹ poenę:
quāq̄ inuenim⁹ aliquos caſus nec ab illis nec ab iſtis re
gulis declinatos ideſt genitiuū pluralē:& datiuū & abla
tiuum pluralem legimus eni apud Ciceronē horu3 poe
matoꝝ his poematis:ablatiuo ab his poematis:ſimiliter
emblamatoꝝ & emblamatis.peripateſmatoꝝ peripateſ/
matis.Analogia dicit̄ ratio declinatiōis nominū inter ſe
omni parte ſimiliū latine proportio uocat̄:Nomina aūt
ſimilia ſunt omni parte ſi octo rebus ſint ſimilia ideſt ex
illis quę accidūt nomini qualitate comparatiōe: genere
numero:figura:caſu:deinde exitus ſyllabaꝝ:deinde cō/
ſonantium:rationes penultimaꝝ : atq3 ſi una res ex iſtis
octo deſierit ſimilibus:dicimus enim nomen nulla ratio
ne declinari ſimiliter cuius rei exemplū & lupus ſit lu/
pus nam ſeptem partibus conſentiunt:tamen quaſi gene
re diſſentiunt.Lupus enim in aliud genus:ut lupus: lu/
pa:lepus:lepa non facit.

Robus autem pronomen in quattuor partes di
uidi putauit ideſt pronomē infinitum:finitū:mi
nuſq̄ finitū:& poſſeſſiuū quod nō uidetur habe
re rationem:unde Donatus melius qui in duas partes i
primo diuiſit:Nā ſi ea ſunt finita pronomina quę recipi
unt perſonas.Alia omnia quę nō recipiūt pſonas ifinita



UVA. BHSC. IyR_099_1

dicenda ſũt:Vnde apparet quod infinita & minuſq̃ fini/
ta ſunt & poſſeſſiua.In illis enim nõ accidit certa perſo/
na:cuias:& noſtras:uel cuiates & noſtrates nam utrũq;
dicimus ſecũdum Plauti auctoritatẽ gentem ſignificat:
ut eſt cuius gentis optime uoſtrę gentis.Pleriq; accen/
tũ in ultia ſyllaba ponunt:qñ cuiam:ſed praue:Nã nul/
la pars oratiõis eſt latina abſq; prędictis: quę poteſt in
ultima accentũ tenere.i.pone & alias. Sunt aliqua pro/
mina quę caſibus creſcũt nominatiuo:ut quis uel qui.
genitiuo ſingulari:ut mei uel mis: tui: uel tis. ablatiuo
ſingulari ut.a.quo uel.a.q plurali datiuo uel ablatiuo
ut.a.quis uel.a.qbꝰ qua ratiõe fiant ſupius diximꝰ.Sũt
econtrario que caſibꝰ decreſcũt:nã uocatiuus nõ iueni
tur in ꝓnomine ego.Aliquãdo nomiuatiuꝰ & uocatiuꝰ
ut in pronomine ſui:ſibi:ſe a ſe.Aliquãdo tantũ accuſa
tiuus:eccũ:eccam:ellum:ellam.Aliquando tantũ geni/
tiuus ut cuia:& cuiũ.Quod aũt dicimus ſui aliquid eſſe
pronomen uerum ẽ:non enim de poſſeſſiuo naſcit̃ cuiꝰ
nominatiuus eſt ſuus : Nam ſi inde naſceret̃ datiuum o
mitteret:ut ſuo non in.i. Pręterea eſt aliqua differentia
quod hoc pronomen ſui uel ſibi : utriuſq; numeri eſt.
Illud uero poſſeſſiuũ ſuuꝫ & ſingularem habet numerũ
& pluralem . Quęſitũ eſt apud gręcos an.O. uocatiuꝰ
eſſet articulus & prouocatꝰ nõ eſſet. Omnes enim arti/
culi cũ de numero ſingulari ad pluralẽ tranſeunt uarie
proferunt̃:ut hic hii huius & hoꝝ & reliqui . Quando
aũt dicimus o docte & docti:& utroq; numero eundem
articulũ ponimus:quę res nõ articulus uidet̃ quia non
mutat̃ in numero plurali:ſed potius aduerbiũ uocantis
ut quẽadmoduꝫ dicimus:heus uos docti:ſic dicamus o
tu docte & o uos docti.Inter Articulos & pronomẽ hoc
intereſt: quod pronomina tũc cuꝫ ſine nominibus ſunt
& abſentiũ nominuꝫ uidentur explere perſonas: ut hic
& hęc & hoc:qñ autem dico hic ęneas huius ęneę iam

UVA. BHSC. IyR_099_1

non poſſunt pronomina dici:cū nō fugant eorum nomi num quę pręſentia ſūt officio. Ipſa enim nomina per ſi-gnificationem implent. Neuter alius: & reliqua conſtāt eſſe nomina: quoniam Probus uiginti & unū dicit eſſe pronomina in quibus iſta non computantur. Ea prono mina quę utraq; parte nominatiuum habent ſecundum formam nominum declinantur: Nam ſic declinamus qſ quis utraq; parte ſic autem priore parte non declinam9 aliquis: quemadmodum nec iuris peritus: Sic poſterio-re parte non declinamus quiſpiam quemadmodum nec tribunus militum.

Di: noui: cœpi: memini. Quęrit cuius ſint tp̄is quom conſtat eſſe p̄fecti: Nā & perfectū in. i. ſem-per exit ut legi: ſcripſi: & pręſens tempus nunq̄ in. i. ſed ſemper in. o. exit. Illa enim uerba ſignificationē habent pręſentis temporis regulas autem pręteriti. Suū defectiuū uerbum eſt in coniugatione: Nam quando di-cimus es: non poteſt eſſe ſecunda coniugatio quia &. e. correptam habet & in prima p̄ſona. e. ante. o. nō habet. Pudet: & tedet: quaſi defectiua poſuit. In ſuperiore autē parte imperſonalia nō cōtrarie ſūt poſita. Nā hoc ipſuū uerbum imperſonale defectiuum eſt. Sublatis enim de primo uerbo duabus perſonis: prima & ſecunda: Tertia utiq; ſupereſt. Quę ſi non ſibi adiūgat pronomē defecti uum dicit̄ eſſe uerbum. ſi autem adiungat imperſonale. Gaudeo & audeo. a. pleriſq; neutro paſſiua: ab aliis ſupi na uerba dicunt̄ quę in tempore p̄fecto & pluſq̄p̄fecto paſſiuam habent declinationem: i reliquis aūt actiuam: ideſt temporibus. Sūt alia inęqualia quę ſuam habent declinationem & ꝯtraria ſunt: ut placeo: nā & placui fa-cit & placitus ſum. Sūt itē alia i ęqualia q̄ ideo ſūt ięq̄ lia quoniā primam ſyllabaū nō reſeruant: ut nolo: uolo Faciūt enim nolo: nonuis: nonuult: non nolo: nolis: nō nolit. Item uolo: uolis: uolit: nō dicimus: ſed uolo: uis:

y 4

UVA. BHSC. IyR_099_1

uult. Sunt aliq̃ua penitus anomala:de quibus nihil poſſumus dicere niſi qđ lectiõe declinet̃ eas uſurpare ꝑſonas quę tantũ auctoritate firmant̃: & ſũt hęc faxo:faxis inquit: iſit:inquã: & reliq̃. Pria ꝑſona in idicatiuo mõ ſemꝑ corripit̃:ut lego abſq; monoſyllabis:ut do flo:ſto quę qdem ſi fiãt poliſyllaba:ut reddo:reflo:reſto:corripiunt̃. Verba quoq; declinatio ĩ noſtra poteſtate ẽ ſũt hęc tondeo:lauo:fabrico:punio: & reliqua uerũtamen debemus ſecundũ naturã actiuũ uel paſſiuũ pręſumere ut ego lauor:balneuꝫ lauo: quando ego capillos depono ut dicam tondeor: qñ alteri capillos detraho: ut tõdeo. Pria ꝑſona nõ debet ita proferri:lego ego. Quoniã lego iam habet in ſe ſignificationẽ ꝓnominis:niſi tamen ſic tũc poſſumus dicere qñ nos magis uolumus oſtẽdere lecturos q̃ alios ut ſit quaſi ego magis q̃ cęteri:male dico tibi dicimus nõ te dicimus. Prima ꝑſona ante ultimam.o.ſepteꝫ lr̃as nõ habet.h.o.f.k.q.i.z. cętera uero habent.e.ut ſedeo.i.ut audio.u.ut annuo.b.ut bibo:& ſicut in arte ſcripta ſunt.K.Ideo non poteſt pręponi.o. litterę quia nunquã anteponitur niſi.a.ſequente.q.y.z. ideo non poſſunt pręponi. Vnum tamen uerbum quod o.ante.o.habet:ut reboo:reboant:ſiluęq; & magnus.o. ideo contra regulam uenit quia gręcum eſt.cętera in arte conſcripta ſunt.

Duerbium dictum eſt: quia neceſſe habet ſemꝑ uerbum ſequi: Verbo tamen non neceſſe eſt egere ſemꝑ aduerbio:naꝫ poſſumus dicere ſic legit Nunc enim & plena eſt elocutio & aduerbiũ tamen non inuenit̃:nam quom dico cras hodie:non erit integra elocutio niſi addam uerbũ utputa dico uel facio. Aduerbium plerũq; cõfirmat uerbum plerunq; deſtruit:Confirmat ut iam faciã.deſtruit:ut nõ faciam. Aduerbia aut a ſe oriunt̃: aut ab aliis partibꝰ oratiõis ueniunt.ſicut in artibꝰ poſitũ eſt:nã ibi ſũt exẽpla uaria poſita hẽno aũt

UVA. BHSC. IyR_099_1

nihil aliud eſt niſi hoc anno. Vnde deriuatio duplex iuenit. Nā Cicero dicit honatinas fruges Horatiꝰ dicit hornatas fruges. Item meatim nihil eſt aliud niſi meo more tuatim tuo more. Quod dicit de participio aduerbium poſſe deduci: uerū nō eſt: eteni illud exemplū quod ꝓtulit ideſt indulgens non tantū participiū eſt: nam recipit compationē: facit eni indulgentior indulgētiſſimꝰ. ergo quando dicimus indulgēter nō uidemus a ꝑticipio tranſtuliſſe in aduerbiū: ſed a nomine. Oīa uerba e terminata in poſitiuo ſemper ꝓducunt: ut docte: exceptis regulis eorū aduerbiorū. Quę aūt non comparant: ut rite. nemo enim dicit ritius ritiſſime: uel quę male compantur: ut bene. nemo enim dicit bonius boniſſime. Vel quę a ſe oriunt: ut īpune īpunius. hoc ſcilicet in poſitiuo. Cęterū ſuplatiuus gradus ſemper producitur facile: & difficile non querit: utrū aduerbia ſint an nomina. Conſtant autē eſſe nomina tantū quia ſemper correpta ſunt: Si enim aduerbia eſſent ut ſupra diximus: producerent. deinde qa neutri generis formam ſequūt. ſicut enim dicimus & facilis facile: ſic difficilis difficile. Deinde ſi aduerbia eēnt in ter exirent. Datiuus enim nominis. i. terminatꝰ aduerbiū in ter ſyllabam mittit: ut huic forti fortiter: ſic huic facili faciliter: huic difficili difficiliter diceremus Ergo conſtāt eē noīa. Sic autem poſita ſunt ꝓ aduerbiis quemadmodum fere īuenimus apud poetas pro aduerbiis cōſtituta: ut toruū clamat: pro eo quod eſt torue: horrēdū ſonat: pro eo quod eſt horrēde: qua figura oratores omnino uti nō debent. Genus enim eſt ſoloeciſmi ſicut ipſe Donatus. Paulopoſt de ſoloeciſmi ratione monſtrauit. Scire enim debemus ꝙ datiuus ſingularis o terminatus aduerbiū in e mittit: ut huic docto docte. i. terminatꝰ in ter. huic agili agiliter: quas regulas ſemper corrupit auctoritas. Nā īuenimus plerunqꝫ id eē aduerbiū: q dtūs ē caſus: ut falſo. Hęc aūt ambiguitas elocutōe diſcernit

UVA. BHSC. IyR_099_1

quando enim dicimus falſo homini dedi:erit nomen.qn̄ falſo loqueris:erit aduerbium:ita plerunq; in contrariū cedunt. Nam Terentius ait duriter:quom dure dicere debuerit.& Virgilius:Lugubre quom lugubris extēſa dicamus.Ea aduerbia comparanda ſunt quę ducūt originem a nomine recipienti comparationem:ut eſt doctus. Ideo enim dicimus docte doctius doctiſſime:quoniam dicere poſſumus doctus doctior doctiſſimus. Ab eo quod eſt Tullius cum ſit aduerbium non recipit comparationem:quia nec nomen recipit.Sūt alia aduerbia quę ſemper per ſe cōparantur.Sūt aūt quę non egent cōparatōe ut ē mane:nemo enim dicit manius nemo maniſſime.Verumtn̄ hanc quam per ſe inflexionem non habem⁹: poſſumus facere adiectionem illaꝝ particulaꝝ: ut magis & maxime:utputa ſit poſitiuus mane: comparatiu⁹ magis mane:ſuperlatiuus maxime mane. Omnis pars oratiōis cum deſierit eſſe quod eſt nihil aliud eſt niſi aduerbium iccirco ſi nomen deſierit eē nomen non faciet ꝓnomen: aut participiū:ſed ſolum aduerbium.Vt eſt ſedulo:nam ſi dicas ſedulo homini dedi:nomen eſt.ſi dicas ſedulo feci:aduerbiū eſt.Item pronomen aliquando & aduerbiū eſt.quom enī dico quid eſt:erit ꝓnomen. quom dico q̄s ſcit:erit aduerbiū.Item uerbum plerūq; & aduerbiū eſt quando enim dico pone prima ſyllaba accentum habente:erit uerbum.quando ultimę ſyllabę do accentū: erit aduerbiū hoc eſt diſcretionibus cauſa nam ultimo loco uerbi acutus accentus nunq̄ ponitur. Item participium aliquando aduerbiū eſt.quom enim dico me ad uillam ꝓfecto contigit:ꝑticipiū eſt profecto. quom dico profecto quęritis aduerbium eſt profecto.Item ante ꝑpoſitio nō nūq̄ & aduerbiū eſt. Prępoſitio in hac elocutiōe erit ante templū caſum enim habet uictū.ſi aūt dicas ante feci:erit aduerbiū:quoniam ſequitur uerbū & coniunctio eſt.ſed plerūq; & pro aduerbio ponitur:quom dicimus

UVA. BHSC. IyR_099_1

ut te fortiſſime teucꝝ accipio. Heus ſi dolorē ſignificet interiectio eſt. heus etiam menſas conſumimus inqt iullus. ſi autem uerbū ſequatur aduerbiū eſt. heus inqt iuuenes monſtrate meaꝝ: erit nomen quom nominibus ꝑ aduerbiis utimur: ut ante dictū eſt. Illud fideliter tenere debemus nunq̄ ſeparatim prępoſitionem aduerbiis poſſe coniūgi ueluti de mane de noctu. Quod aūt iuenimus indocte & infrequenter ſūt quidem prępōnes: ſed non ſeparatim ſicut ſunt etiam particulę: quas ipſe ponit. Artigraphus deſurſū deorſum deinceps. Ita eni conſtat duas partes orationis: ut uno ābę nitantur accētu. nec duę prępoſitiones interueniente aduerbio ſociandę ſūt. Prępoſitio etiam ideo non poteſt adiūgi nomini interueniente aduerbio: ut de trans thyberim uenio: quemadmoduȝ illinc uenio.

Articipium eſt quaſi particapium: habet enim a nomine genera & caſus: a uerbo autē tēpora & ſignificationes: ab utroq; numerum & figuraȝ: & cętera quę ſupradicta ſunt. In poſterioribus illud adduci inchoatiua uerba illud non habere niſi pręſentis tēporis participiū futuro aūt carere. Ideo aūt futuro carent quoniam regulā futuri ꝑticipia a pręterito ducūt participio pręteritum autem participiū a tempore perfecto originem ſumit: & ideo quom inchoatiua uerba tempus perfectū non habēt: non poſſumus habere quod additur iam tempore perfecto. Pręterea dicit participia ab impſonalibꝰ uerbis niſi uſurpata nō uenire: quę res penes latinū non erit: & ſimilia & ſimiliter ab arte diſcedit. Etenim participia a prima poſitione uerbi origīnē trahūt: cū igit̄ impſonalia primā perſonam nō habent participia nō iure ex ſe faciūt: ſed tamen dixi uſurpar[illegible] nobis licet. Inuenimus eni apud uarios auctores: quod puto id fieri: nō quod de impſonalibus uſurpent̄ participia: ſed quod ipſa imperſonalia fiant uerba pleuiſſima. nam hoc quod dicimus

UVA. BHSC. IyR_099_1

pudet & tedet tñ dici iuenimus in auctoribus & pudeo
& tedeo:unde fiūt & pudēs:& tedens ꝑticipiū nō ab imꝑ
ſonali uidet̃:ſed a uerbo integro. Odi uerbū ꝑticipium
hꝫ oſus:quod lꝫ in uſu nō ſit tñ cōpōit̃ & in uſu erit exo
ſus poſus. Ab eo quod ē memini ar tis nullū ꝑticipiū re/
perit̃ ſi ad uſū ueꝝ eſt:ſi ad auctoritatē falſū. nā iuenimꝰ
in Plauto meminēs. Tunicatus galleatꝰ dicit ꝑticipia nō
eſſe:ſed noīa:eo ꝙ a uerbis nō trahunt̃. Sed ſi diligenter
attenda aduertens ab ſimilibꝰ participia comprobabis.
nā licet nō faciat tunico galeo:tñ quoniā tempus habēt
ſine dubio participia ſūt:& eni armatus incedit ueſtitus
incedit quom dico hoc ſignifico iam armatum: iam ue/
ſtitum eſſe:Sic etiam dicimus tunicatus incedit: galeatꝰ
incedit.i.& iam tunicam habet:iam galeam habet: quę
res tempus oſtendit:& ſi tempus eſt participiū eſt. Pran
ſus cœnatus & reliqua cōſtant nō eſſe participia ſi a uer
bo nō ueniūt. Conceſſū eſt eni regulariter ut a neutrali
bus uerbis liceat nobis uſurpare prętērita ꝑticipia. Sed
quoniam & has artes defendere debemus uel auctorita
te firmar̃:neqꝫ ad iſtoꝝ ſimilitudinē alia fingere: ſed illis
tantū uti quę lecta ſūt. Noīa ſimilia ꝑticipiis pręteriti tē
poris quartę ſūt declinationis:ipſa aūt participia ſecun
dę:ut hic uiſus huius uiſus nomen eſt. hic uiſus huiꝰ ui
ſi participiū eſt. Furibundus & moribūdus qd eſſent &
noīa eſſent manifeſtuꝫ eſt:quod ſubtracta dus ſyllaba &
addita littera non redeūt in participia pręſentis tpis:qđ
regulariter dictū eſt. Noua ratione participia quę con/
ſtant eſſe participia poſitiuū gradū poſſunt recipe quo/
niam participia nullam recipiūt comparationē:tamē cō
paratiuū gradum plerunqꝫ ſuſcipiūt acceptior & ingen
tior:quę res ſola ſenſus ratione ſecernitur. Aduerbiū de
participiis naſci Donatus aſſerit plurimi negant. At con
ſtat apud maiores equidem lecta: in uſu tamen eſſe non
poſſunt ut dictum eſt in aduerbio.

UVA. BHSC. IyR_099_1

N coniũctione nihil penitus noui poſuit: ſed ita hic ſicut in ſupiore pte tractauit. Illud plane adiecit ꝙ licet nobis coniũctiones ꝓ aliis coniũctionibus ponere: quod nimiꝝ eſt quom liceat & alias ptes oratiõis ꝓ aliis ponere: ut nomen pro aduerbio: ꝓnomen pro aduerbio & multa alia ſignificatione tamen mutata.

Repoſitio eſt pars orõnis dicta ꝙ in loquendo prę ponit: & hęc eſt eius natura puta ante templum nemo eni dicit templũ ante. ſed tamen eſt una prępoſitio quę ꝓ arbitrio nr̃o ponit: ut tenus: dicim⁹ enim pube tenus & tenus pube. Itẽ cũ plerũq; ſit poſtpoſita inuenit ut ꝑponi oĩno nõ poſſit quod utiq; contra artẽ uidemus ut cum dicimus mecũ tecũ: nobiſcũ uobiſcum. Prępoſitio autem aut cohęret: aut utrunq; efficit con. dis. ita enim loquimur conduco tibi diſtraho. ſepant autem & penes. Etenim cũ dicimus apud amicũ duę orõnis ſunt partes: penes arbitros ſimiliter duę. Alię uero & cohęrent & ſecerni pñt: ut prę. nã cũ dico prętulit utiq; cohęrens inuenit. quom aũt prę metu ſegregata eſt. Accuſatiuę prępõnes. xxx. tantũ ſunt. Ille duę poſſũt in queſtionem uocari apud & ad: eo ꝙ ſemp in loco ẽ ut apud amicũ ſuũ. Ad uero ſcd̃m artem ſemp ad locũ: ut ad amicum uado: q̃q̃ & ſcd̃m auctoritatẽ inuenit in loco: ut ad M. Leucã te habitare dixit. Vſq; nõ uidet plurimis prępoſitio: quoniã ſic alia prępoſitio nõ põt poni: eteni dicimus ad foꝝ uado: ut Virgilius aduſq; colũnas exulat: iã ſi habeat alterã prępoſitionem ipſa prępoſitio eſſe non poteſt. Nunq̃ enim prepoſitio alteri prępoſitioni cohęret. Si aũt uolueris ut coniunctim cohęreat: nõ iam aduerbium erit: ſed potius recipit naturam ſuaꝫ: nã & prępoſitionem prępõni ſic coherentẽ ut pro una parte prępoſitionis habeat. Inuenimus enim ſępe apud Catonem ut circũcirca. i. circa. In ablatiuis prępoſitõibus e & ex hãc hñt obſeruatõꝫ: ut ſi uocalis ſequat ex: pręponam⁹

·UVA. BHSC. IyR_099_1

ut ex amico audiui ſi autem conſonãs e prꝑponatur: ut e foro uenio. Illud uehementiſſime obſeruare debemus ut con & in quotienſcũq; habent poſt ſe. s. & . f. litteram uideamus quemadmodum pronũciantur: plerunq; eniꝫ non obſeruantes barbariſmos incurrimus. Nam cũ ipſorum natura breuis ſit tamen ſi ſequantur ſupradictꝑ litterꝑ plerunq; in longitudinem tranſit: ut cum dicimus quo fit confeſſio. Item conſilium conſulit. his enim locis pronũciandꝑ ſunt ut longe: ſimiliter inſula infula quod magis auriũ iudicio q̃ artis ratione colligimus. Prꝑpoſitiones aut ipſa uerba corrũpunt: ut conficio. nam erat integꝝ facio: aut utrũq; & corrũpunt & corrũpunt: ut afficio. nam affero quod ſcribebat̃ per a & per d incipit ſcribi per a & per f. & item quod erat facio fit ficio. Prꝑpoſitio & quando prꝑponitur & quando poſtponitur: ſi caſum ſuũ retineat: prꝑpoſitio eſt. ut trãſtra p & remos. Si aũt caſum mutauerit: fit aduerbiũ. ut longo poſt tempore uenit. Ambiguꝑ prꝑpoſitiones quattuor fuerũt: in ſub: ſup: & ſubter. Quibus maiores indifferentes utebãt̃ ſed hodie tantũ duꝑ ſũt: in & ſub. naꝫ ſup & ſubter accuſatiuꝑ habent̃. In autem & ſub qua ratione in ſe ferent̃ in ſupiore tractatũ eſt. Pleꝝq; eadem ẽ prꝑpoſitio quod eſt & aduerbiũ ut ante & poſt. ſed quod magis dictum ẽ hac ratione colligimus. Etenim ſi pars orationis ſequat̃ quꝑ caſibus ſeruit prꝑpoſitiones erũt: ut ante templum ꝓpter aquam. templum enim & aqua caſuales ptes orationis ſũt. Quando aũt dicimus ante fecit: poſt dixit: aduerbia ſunt ſi ſequant̃ uerba. Nouimus itaq; aduerbia ſemper uerbis egere.

Nteriectio nihil habet niſi ſolũ mentis affectũ: quꝑ tũc interiectio dicitur quando uoce incognita profertur O: heu: & ſimilia. quom plenas adhibemus ad exprimendos animi affectus tam interiectiones dicuntur q̃ pro interiectionibus: ut proh Iuppiter ibit hic ait & hꝑc

UVA. BHSC. IyR_099_1

pars non poteſt proprium nomē utrius tenere eo quod uarię interiectiones ſūt.nam.o.dolentis legitur:ut o mihi pręteritos referat ſi Iuppiter annos.& iraſcentis:ut o callidos homines:& ſimilia.

FINIS.

Impreſſum eſt hoc opꝰ ꝑ Henricū de ſancto Vrſo in Vincentia:Anno noſtrę ſalutis.M.CCCC.LXXXVI.xiiii.Klen̄.Iulii.

UVA. BHSC. IyR_099_1

UVA BHSC. IyR_099_1